sit.i.faciat opa spūalia quantū ad exteriora nō adīpleuit legē xpi. Ut igit impleas legē dei ⁊ merearis vitā eternā in xpo attēde vbū sapientis.eccl.xiij. Ante mortē bñ fac amico tuo.⁊ ītm vires tuas exporrigens da pauperi. In quib⁹ verbis notant tria in actiōe beneficij.vel largitiōe elemosynar attendenda. scz Cōferentis celeritas ibi. Bñ mortē. Accipientis ꝓpinquitas.ibi Bñfac amico. Patientis necessitas.ibi Da pauperibus. Attēdamus ergo ī bñficio celeritatē ꝓferentis. qz.s. statim cito ⁊ libenter dz bñficiū imptiri. Hā sicut statim qñ mēbr ledit natura ad eius adiutoriū mittit sanguinē ad locū lesionis ⁊ honestatē sine violentia. Sic bō statim quādo videt indigentiā alteri⁹ sponte celeriter ⁊ libenter debet sibi necessariū subsidiū mittere. ⁊ erogare. Nō enī debet expectare qđ rogetur sed alterius petitionē puenire. Et hoc est qđ dicit seneca.li.iiij.de beneficijs gratissima fūt inquit beneficia homini faciliter occurrentia ⁊ facilia vbi nulla mora est nisi ī respiscatis verecundia. Sed sic nō faciunt qui antequā pauperi petenti denariū offerant. decies vultum auertunt. Ideo dicit seneca. Vidi q nō tulit gratis.qui cū precibus accepit. Nulla enī res carior.cū que precibus empta ē. Molestum enī verbū ē et onerosum. dimisso vultu dicere rogo. Est igit celeriter faciendū beneficium qđ ostendit cum dicit. Bñ mortem benefac.mors enī semper parata est. Et ideo cum dicit ante mortem innuitur q statim sine dilatione in vita sua per se debet adimplere nō differre post mortem ad heredes quia statim obliuiscit. nec qđ promittitur p heredes adimpletur. Exemplū heremita quidam videns in quadā visione multas aīas ī diuersis statibus.inter alia vidit vir vnum sedentē ⁊ ante ipm mensam stantē omnibus bonis repletā.⁊ alia mensa stabat vltra eum vacua a quo querens quid significaret. Respondit mensa illa que stat ante me sunt opera misericordie.⁊ alia bona que feci ante mortem ⁊ illis bonis modo vtor. Mensa vero p me posita signat.qđ cum adhuc viuerē.vxori filijs ⁊ amicis heredibus meis mādaui.vt anime mee in aliquo subueniret. Et ecce adhuc stat vacua quia mei obliti sunt. Et ideo quidam sapiens dicit. Fac bene dum viuis post mortem vinere si vis. Secundo attēdē da est accipientis ꝓpinquitas. qz ceteris paribꝰ amicis magis tenemur bñfacere etiā ꝓpinquis ⁊ parentib⁹.cꝫ extraneis ⁊ remotis. hoc em̄ docet natura. Cor em̄ magis ⁊ priꝰ infundit de calore mēbris sibi ꝓximis sicut sunt epar renes cꝫ remotis sicut sunt manus ⁊ pedes Sic etiam magis ꝓximis cꝫ extraneis tenemur benefacere. Ūñ sene. Quis oī petenti dare debeas.tñ in bñficio spectādi sunt recipientiū mores.animꝰ habitatio societas ⁊ obsequium nobis impensa. Qđ enī ē ꝺ istos qui inconsideratis moribꝰ cin⁹ ⁊ plus tribuunt histrionib⁹ ⁊ huiusmodi turpib⁹ psonis ꝓpter malā societatē ⁊ inhonestā ꝙuersationē cꝫ honestis ⁊ religiosis. Ūñ augu. vt habet̄ transtiptiue in cañ. di.lxxvi. Donare res suas histrionib⁹ immane.i.maximū peccatū ē. Quęrit an volens facere elemosynā debeat habere differentiā personar. Et videt q non. xvi.q.i.si cupis. vbi habet̄ q elemosyna indifferenter oībus est facienda. qz scriptum est. Omni petenti te tribue. Cōtra ibidē in glo. Desudet elemosyna in manu tua donec inuenias iustum cui des. Respōdet̄ vt habetur. xlij. dis. quiescamus. Qđ eoz qui petūt elemosynā aliqui petunt quasi ex debito. vt predicatores ⁊ prelati ꝓ substentatione corpis. Hi enī sunt cogniti ⁊ ꝓstat q tale officiū est eis cōmissum sūt recipiendi.⁊ elemosyna est eis danda rōne officij.⁊ quasi ex debito alias non. Aliqui vero petunt ꝓ nutrimento ⁊ sic indistincte oībus est danda. nec in his sūt examinandi qñ abraam hospitalē se circa offis oñdebat. Si enī scrutator fuisset circa refugientes ad se. nunqꝫ angelos hospitio recepisset. fortassis em̄ nō putasset eos angelos. sed deū cū relicꝭ repelleret. Quę qñ offis recipiebat. suscepit ⁊ angelos. Nō enī ex vita eorū quos accipis mercedem tibi retributurus ē deus. sed ex voluntate ⁊ honorificentia multa ex misericordia ⁊ bonitate. Et sic habemus q omnibus indistincte est elemosyna dāda nisi quis propter securitatē cibi negligat iustitiam sicut quidam histriones ⁊ meretrices. quibus subtrahendū ē. nisi fame moriantur. Etiā attendendus ē ordo charitatis vt ceteris paribus potius debetur bono cꝫ malo.⁊ consanguineo cꝫ extraneo. Et de illa loquit vbi illa auctoritas dei. desudet elemosyna. Tertio attendenda est patiēs necessitas qđ

oſtendit cū dicit pauperi. quanto eſſi ꝗs eſt paupior. tāto magis debem⁹ ſibi beneficium largiri. Juxta illud ꝑs. Diſpſit dedit pauperibus. Iſta eſſi eſt regula euāgelica quā dedit nobis ſaluator luc. xiiij. dicens. Cū facis ꝓuiuū noli vocare diuites. ſed voca paupes. q̄ nō ꝑſit tibi retribuere. Q̄d taſſi eſt ꝓ mores mundanoꝝ qui nō paupib⁹ ⁊ indigentib⁹ ſed potius diuitib⁹ ⁊ potentib⁹ ſua ꝓmunicāt beneficia. vt ea retribuāt. De quib⁹ dicit veritas luc. vi. Si bñfeceritis his qui bñ vobis faciūt. q̄ vobis gratia quaſi diceret nulla. vñ yſa. lviij. Et in epiſtola hodierna. Frāge eſurienti panem tuū. dicit frange. i. diuide ñ tñ vni ſed multis eſurienti. i. paupi nihil habēti panem tuū. nō alienū de laboribus tuis acquiſitū. Nō de rapina. furtu. vſura ꝑceptōe ludo. ⁊c. Et egenos vagos. nō tuos amicos diuites habentes. ſed egenos paupes hoſpites religioſos. magis indigentes. inducī domum tuam. nō in ſtabulū porcorum in locū deſpectum. Cum videris nudum nō ſuperbe veſtitum operi eum et carnem tuam id eſt proximum nō deſpexeris.

Sabbato poſt cinerum.

Cum ſero factū

eſſet erat nauis in medio mari. et ieſus ſolus in terra. Marci. vi.

Philoſoph⁹ dicit. vij. politi. Q̄d ars ſupplet defectum nature ꝓ. q̄ñ eſſi de ſero deficit lumen naturale. ſcilicet ſol. candela artificialis incenditur vt domus illuſtretur. Etiā qui ponderoſitate corporis naturaliter aſcendere nequit. artificialem querit ſcalam. vt arte aſcendat. Sic etiā nō valens aquam tranſire niſi mergatur. nauem intrat mediāte qua ad portum deducitur. Sic ſpiritualiter vbi homini regula naturalis defecit. ꝓuidit de artificiali. vt defectus nature ſuppleatur. Naz vt habetur extra de ſum. tri. et fi. ca. c. firmiter. i gloſa. Berñ. ſup verbo ꝓpoſito. De⁹ tria deſtruxit tempora. ſcz temp⁹ ante legez ſub lege et tempus gratie. in quibus homines deſtructas habuerunt regulas viuendi. In tē pore ante legem habebāt ius naturale quo regebantur q̄d conſiſtebat in his verſib⁹. Q̄d tibi vis fieri mihi fac. q̄d non tibi noli. Sic potes in terris viuere iure poli. di. i. in principio. Cum aūt homo in his deficeret vnuſquiſq; corrūpens viā ſuā vt dicit geñ. vi. de leta omni carne ꝑ diluuiū de⁹ hūc defectum naturalem volens ſublevare per artem dedit moiſi decalogū in tabulis ſcriptū. vt poſtea ſub lege quaſi ſub arte regerent. que oia in figura cōtingebāt vt tpe gr̄e ꝓplerent. Tunc aūt venit plenitudo tpis. ſcz tps gr̄e q̄ñ ſero erat factū venit filius dei ſolus in terrā. i. carnem humanā ſumere de virgine vt oñs de angustijs et miſerijs liberaret. ponens nauez ſ. mēem eius in mūdo. mediāte qua quaſi artificiali inſtrumento ad portū ſalutis dirigemur. dicit igit. Cū ſero factū eſſet et ieſus ſolus in terra erat nauis in medio mari. vel nauis deſignat pñiam que nos de ꝑiculis mundi. in ſero hui⁹ tpis poteſt ducere ad portum ſalutis. Queritur de prima applicatiōe an ſumma dei miſericordia. que de ſe oīmbus equaliter preſentatur nobis per matris chriſti merita. ſingulariter concedatur. Hec queſtio vnum preſupponit. ⁊ aliud querit. Supponit eſſi ꝙ miſericordia omnib⁹ equaliter ꝓſentat. Deinde querit ſi dei miſericordiam ſingulariter habeamus ꝑ matrem xp̄i. Q̄d aūt ſupponit ꝓz ꝑ xp̄m dicentem. Matth. ix Miſericordiā volo et non ſacrificium. quaſi diceret miſericordiā in vobis ꝙſidero. magis q̄ aliq̄d bonū opus. cū et ego omniū miſereor et plus miſericordiā oſtendo q̄ aliquod opus. Ñ augu. in quodā ſermone. Sicut fons emanat aquaz omnibus recipere volentibus. et ſicut ſol cum ſuo radio repſentatur. vt luceat omnibus ſuper terram. et tñ nō eſt ex defectu fontis. ſi aliqui nō recipiāt aquam nec ex defectu ſolis vel ſui radij ſi aliq̄d obſtaculū apponatur vt nō reluceat exñibus i domo. ſz ex defectu nolentis recipere ſeu ponentibus obſtaculum vt ſol non in domo recipiatur. Sic non eſt ex defectu dei miſericordie que de ſe repñtat oīmbus ſed ex defectu nolentis recipere eam. Sed ad queſitum reſpōdendo dicit ꝙ dei miſericordia principalit dat ꝑ xp̄m quaſi ꝑ originem. vñ effluit dein de per matrem quaſi per ſingularem impetratricem. q̄d oſtendo ex dictis magiſtri ſen. iij. di. i. et ſui cōmentatoris bonauenture ibidez ar. ij. q. ij. dicentiū ꝙ miſericordia dei marie facta eſt per incarnationem. ſed incarnatio facta eſt per matrem virginem igit miſericordia facta cū xp̄o. eſt de maria virgine. Unde

xps pendēs in cruce recōcilians humanā naturā suo patri. dixit matri cōmittendo sibi iohānem. Ecce filius tu⁹. ioh. xix. quasi diceret ꝺm quosdā glosantes q in te matre solum fides ecclesie ꝑmansit. iō nunc habeas curā de ea cū filio quē tibi ꝑmitto. vt nauis ecclesie tua misericordia gubernet. Possū ergo dicere dño ꝓps. xlvij. Suscepim⁹ de⁹ misericordiā tuā in medio tēpli tui. i. in ecclia ꝑ meritū matris tue. Querit ꝑ secūda applicatione. Utr pnīa sera in angustijs mortis cōstitutis sit nauis salutifera ducēs eos ad portū salutis. In ista questione sic procedā duo tangendo. Primo q pnīa in extremis vix sufficit ad salutē. Secūdo q nō pōt eē nimis sera dū tñ sit vera. De primo in extremis penitētia vix vel raro ē vera ⁊ sufficiēs ad salutē. ⁊ hoc ꝑpter illa motiua. que tangit beat⁹ aug. in li. de pnīa ⁊ allegat̄ de pe. di. vlti. c. null⁹. expectat. Primo q ex dolore nimio. ⁊ ex cōpassione vehementi impedit̄ vsus liberi arbitrij. sic ē in extremis. qñ nō ē spes de vita hominis vt cōtingit in submersione vel vulneratione vel graui infirmitate. qñ cruciatus ligat mēbra ⁊ dolor sensum ꝑmit. q hō vix aliquid cogitare valet q̄ debet eē voluntaria ꝑpter deū. Presumit̄ eēm in tali puncto q si remoms eēt a tali ꝑiculo siue pena non extorq̄ret a se talē displicentiā. vt dicit augu. Et vt cōiter de infirmo in extremis ē sicut de homine exñte in periculo maris. qui merces suas ꝓijcit ad mare vt euadat ꝑiculū. Talis habz aliquid voluntarie. ⁊ aliquid de inuolūtario Volūtarie. ꝓijcit vt euadat periculū. Inuoluntarie. q̄ nō libenter perdit. Sic infirm⁹ in puncto mortis positus quasi videt extorquere a se actū displicentie. ꝑpter timorē pene nō ꝑpter amorē dei ⁊ iustitie. Oportet autem nō solū timere iudicē. sed ꝺm augu. diligere. Secūdo q̄ habit⁹ malus vsq̄ nūc continuat⁹. multū retrahit ab actu penitentie. vt mundus quē dilexit. filij si sunt ⁊ vxor. ⁊ oīa delectabilia vehementer illi impressa. Quomodo enī ethiops pōt mutare pellem suā et pardus colorē. Sic ⁊ vos bñfacere nō potestis. cū nihil aliud nisi malū facere didicistis Cōsuetudo eēm difficulter pōt frangi cum sit altera natura ꝺm philosophū. Tertio q̄ in tali pūcto arduo. hō nō est bñ dñs suoꝝ actuum. ꝑpter illa dicit augu. vt supra. Ad̄ periculosissimum ē expectare serotinam penitētiā

Modo ad̄ secūdo q pnīa nūq̄ est nimis sera dū tñ est vera. Rō ē q̄ diu eēm hō hz vsum liberi arbitrij cū discretione pōt peccare peccato interiori. hz nūq̄ nō exteriori saltē cōplacendo peccatis prius cōmissis. Ita etiā pōt dimittere peccata per displicentiā. Probat̄ hoc auctoritatibus augu. vbi de vera penitētia dicit. Penitētia si in extremo vite inhiatu aduenerit sanat ⁊ liberat ⁊ ezechie. xviij. Quacūq̄ hora pctōr ingemuerit. ⁊ quersus fuerit vita viuet. Et illa auctoritate cōcludit̄ Ad̄ malicia quantūcūq̄ iterata ⁊ ꝓinuetata fuerit nō prohibet. quī hō possit vere penitere si facit quod in se est. Exemplū in manasse pessimo homine de quo scribit̄. iiij. regū. xxi. Ad̄ fuit rex sup birlm in multis. Primo in hoc q tomm populū induxit ad adorandum idola. ⁊ posuit idola ad templum ⁊ destruxit aras dei viuentis. Secundo sacrificauit filios suos per ignez. ita q ꝺm doctores fecit succendi idolum moloth. quod fuit ereuz. et sic ignitum fecit filiū amplecti. ⁊ sic sacrificabat filios suos idolis. Tertio impleuit hierusalē sanguine innoxio vsq̄ ad os. i. occidit oīs prophetas domini quos inuenire poterat. et ysaiam prophetam sanctum qui erat de stirpe regia. iussit serra lignea secari. vt eo magis afflgeretur. Ad̄ hec mala omnia ꝺm doctores penituit et misericordiam inuenit. quare nemini desperandum est in hac vita. licet ꝑpter hoc nō differas penitere. quia nescis horam ⁊ tempus. matth. xxv. Vigilate itaq̄ q̄ nescitis diem neq̄ horam. Quantum nunc ad expositionem ⁊ continuationem euāgelij. heri dicebā quō bona possunt anihilari sinistra intentione. hodie quō laborantes concutiunt̄ temptatione. ⁊ adiuuant̄ christi consolatione. ⁊ secundū hoc sunt tres partes presentis euangelij.

In prima notatur de vigilia laboris necessitate ibi. Cum sero esset.

In secunda de christi gubernationis presentialitate ⁊ vtilitate. ibi Ego sum.

In tertia de populi infirmitate ⁊ miraculosa sanitate ibi. Et quotquot tangebant eum

Quantum igitur ad

primā partem est sciendū. vt habetur ioh. vi. Ad̄ iesus p⁹ miraculū factū de quinq̄

panibus. fugit a pplo in mõte solus orare qz volebãt eũ facere regẽ sup̃ seviso isto magno miraculo. tũc ꝓpulsi sũt discipuli ascendere ĩ naviculã. ꝛ eũ p̃cedere trans fretũ ad bethsaidã. ꝛ hoc factũ est sero. Et dũ essent in mari. venit vent⁹ ẽ⁹ ꝰ quẽ oportuit eos laborare. multũ remigando. Et ihesus videns eos laborare circa quartã vigiliã noctis venit ad eos. Antiq̃ eñ q̃ñ rebellionem habuerũt inimico tũ diuiserũt noctẽ in quatuor vigilias in quibus custodiebãt ciuitates. Et quarta vigilia ꝑm bedã erat mane in diluculo. in q̃ venit ihesus ad discipulos. ¶ Moraliter. qz vndiq̃ habem⁹ inimicos nobis aduersantes. ꝓgruentiã vigilam⁹. nã hñs magnã cãm corã iudice pendentem ꝛ astutũ aduersariũ. modicum quiescit. sed solerter vigilat vt causaz defendat ꝛ seipsũ a pena liberet. Qz vt habeꝯ extra de ꝓsue. ex ꝑte in glo. vigilantib⁹ ꝛ nõ negligentib⁹ subueniũt iura debem⁹ etiã solerter vigilare. vt cãm pendentẽ corã deo de accusatiõe pctõz nõ negligam⁹. sup̃ q̃ astut⁹ aduersarius diabolus nos semp̃ accusat. Debemus ergo vitã nr̃am q̃ ꝓpatur nocti ꝓpter obscuritatẽ pctõz diuidere in quatuor vigilias. in quibus vigilare debem⁹.

Et primo in opibus ꝓtritionis ꝛ penitentie.
Secõdo in opib⁹ sanctificatiõis ꝛ beniuolentie
Tertio in opibus ꝓpassionis ꝛ misericordie
Quarto in opibus deuotionis ꝛ sapientie.

¶ Primo in opib⁹ ꝓtritionis. ne inueniamur a iudice sicut fatue virgines De quib⁹ dicit matth. xxv. Dormierũt oñs. Cñ treno. ij Cõsurge lauda in nocte ĩ principio vigilaz effunde sicut aquã cor tuũ in cõspectu dñi. s. vt cor tuũ sit aquosũ p lachrymabilem ꝓfessionem

¶ Notanꝺ q̃ dicit sicut aquã de qua nec color nec sapor nec odor in canali remaneat. vt sic nõ tm̃ pctã sed etiã oñs circũstantias aggrauantes cõfiteri oporteat. vt est qualitas crimis pone. loc⁹. tps. pleneranꝺa. qz tanto grauiora sũt peccata quanto diun⁹ infelicem animã detinent alligatã. Est insup̃ circũstantia repetitio peccati dimissi siue recidiuatio in peccatũ. qꝺ declaro. qz qui penituit de peccato p̃ter legem generalem obligantem ad nõ peccandũ etiam innocentem tenet iste duplici lege speciali nõ peccare. scz lege gratitudinis ꝛ lege ꝑmissi. Primũ ꝑz. qz exñs in pctõ mortali nullius est de⁹ debitor nisi pene eterne. Igit̃ si sibi grãm ꝓfert. bꝺ erit donũ maxie gratuitũ ꝛ liberalit̃ collatũ ꝛ p̃cipue si est grã equalis collata alij inocenti. q̃ ille ex lege gratitudinis tenet̃ deo specialit̃. ꝓpter illud donũ sume liberaliter collatũ. ꝛ ꝑ ꝓñs offendens postea. grauius peccat. ꝓpter ingratitudinem Secõm ꝑz q̃ penitens quotienscunq̃ digne penitet obligat se saltem voto ad nõ peccãdũ in posteruz. qz sine tali ꝓposito non est digna penitentia. ꝛ ꝓpter hoc ꝓstict⁹ est ad non peccandũ lege generalis iustitie. q̃ si peccat trãsgredit̃ duplicẽ legem ꝛ ꝑ ꝓñs grauꝫ peccat

¶ Cz hic orit̃ dubiũ. an pctm̃ dimissũ sit circumstantia aggrauans peccatum recidiui. an oporteat cõfiteri oñs circũstantias aggrauãtes. vt dicit̃ de peni. ꝛ re. c. de⁹ q̃. id ẽ si oporteat in speciali cõfiteri peccata p̃terita. tanq̃z circũstantias aggrauantes. Respondeo q̃z sit licitũ ꝛ forsã vtile. nõ videt̃ tñ necessariũ illa cõfiteri in speciali. qz inquantũ aggrauãt pñt exprimi sufficienter in cõfessiõe absq̃ expressione istoz pctõz prius dimissoz in speciali. vtpote dicendo ꝺ magnis ꝛ multis peccatis alias penitui. ꝛ vt spero in dño mihi remisisse ꝛ ego fui magis ingrat⁹ nũc peccando Ista eñ emendatio vite dẽ prima vigilia. q̃ñ sic cõtritione ꝛ peccatoz confessione peccatoz dolet deũ offendisse ꝛ gratiam amisisse. hanc vigiliaz quilibet habere debet. sicut exemplo pauonis instruimur. qui post primuz somnũ euigilat ꝛ clamat. qz pulcritudinem suam se amisisse timet. sic ꝛ hõ per dormitionem culpe ꝛ negligentie grãm amittit ꝛ perdit. q̃ quidem gratia est indumentuz ꝛ pulcritudo anime sine qua filia eterni regis turpiter quasi mala incedit. ¶ Secundo vigilare debem⁹ in operibus sanctificationis ꝛ beniuolentie. Mar. xiij. Janitori precepit vt vigilet. Janitor est timor qui semp̃ vigilare debet ne remissi simus in bonis opibus. Hec est virga vigilans. hiere. i. ꝛ luc. ij. dicit̃. q̃ pastores erant vigilantes sup̃ gregem. s. sensuũ. cogitationum. affectionũ. locutionũ. Et hui⁹ exemplum hic habem⁹ de vigilia passerum. vñ ps. Vigilaui ꝛ factus sum sicut passer solitarius in tecto Passer primo tenerrime diligit pullos suos ꝛ in foraminib⁹ petre. ne ab accipitro capiantur nidificat. secundo quicq̃d gluꝫt cito digerit propter caliditatem. nec

vigilare cessat. Sic in proposito seruus fidelis debet pullos suos. i. opa sua diligere. ne ei eis sit negligentia per accidiam. ⁊ in foraminibus petre. i. xpi abscondere. ne in eis fiet fraus per vanā gloriā. Secūdo debet in eis esse caliditas dilectionis ne opera nostra sint cruda. sed charitate decocta ⁊ inflammata. Tertio vigilare debem⁹ in operibus cōpassionis misericordie. apoc. iij. Esto vigilans et confirma cetera que morimura sunt siue p̄ peccatum. siue p̄ temporalium defectū. ⁊ sic per duplicem misericordiā. s. spūalem ⁊ tpalem est primis subueniendū. Huius exemplum habem⁹ in gruib⁹ qui alternatim vigilant pro se inuicem hñtes solicitudinem. disponunt vigilias de nocte. explorant alie ex qua parte temptent insidie. precedit vna ceteras. ⁊ per vices suscipiunt vigilias. Isti sunt vigiles q̄ custodiunt ciuitatem cantic. iij. qui diligēter circuiunt vt suppleant alioꝝ defectus ⁊ necessitatem. Quarto vigilare debem⁹ in opibus deuotionis. cañ. v. Ego dormio ⁊ cor meū vigilat. Vigilat cor dormientis. quando viget affectus cordis in gra deuotionis ⁊ contemplationis. huius habemus exemplū in philomena q̄ per totā noctē canit ⁊ vigilat. ⁊ diligentius cātat ⁊ vigilat dū p̄pendit diē appropinquare. sic deuoꝝ hō nunq̄ quiescit a laude diuina. ⁊ quantomagis p̄pendit gratiam appropinquare. tanto dulcius vigilat ⁊ ī oratiōe ⁊ deuotiōe cantat. d. cū ps. Deus deus meus ad te de luce vigilo. Hec enī est quarta vigilia in qua iesus venit ad discipulos in diluculo.

Secunda pars in qua

notatur de vtili p̄sentialitate gubernatoris xpi. Ista q̄n ad discipulos nauē ascendit. cessauit vent⁹ in ei⁹ p̄sentia in cui⁹ absentia apli fuerūt ī magno piculo. puta ex noctis obscuritate. aeris tēpestate. nauis paruitate ventorum p̄trarietate. ⁊ laboꝝ grauitate. Nec mirū q̄ hec pericula cōtingerunt. q̄ xps non aderat. Ūñ hiero. dño in mōtis cacumine cōmorante. statim vent⁹ p̄rius ortꝰ ⁊ turbat mare. ⁊ pi chtanē apli ⁊ tādiu imminens naufragiū perseuerat q̄diu iesus veniat. Moraliter est notandū q̄ sicut in naturalib⁹ videm⁹ q̄ quandōcunq̄ defect⁹ dependet ab aliqua cā. tunc deficiente cā deficit etiā effect⁹. Sicut deficiente sole a q̄ dependit tradꝰ solaris ⁊ illustratio defit et illuminatio. Et deficiēte nauta et gubernatore deficit salus nauis. Est enī p̄sentia naute cā salutis ⁊ eiꝰ absentia cā submersiōis vt dī. ij. phi. Sic spūaliter cū oīs salꝰ dependeat a xpo. q̄ sm aplm. p ipm ⁊ cum ipo ⁊ in ipso sunt oīa ⁊ via p̄ mare huius mūdi ad beatitudinē sit multū piculosa. est enī vt dī de pe. di. ij. citius in glo. valde arta. vt oēs nos saluet ⁊ liberet de piculis vult nos sua p̄sentialitate p̄solari. d. Cōfidite ego sū nolite timere. Debent nanq̄ in eum confidere.

Incipientes quos informat ne pereant.
Proficientes quos confortat vt cōpleant.
Proficientes siue p̄fecti q̄s cōseruat vt p̄maneant. Incipientes enī sūt qui vere penitent de p̄teritis. ⁊ p̄ponunt firmiter vitā emendare. Hi sūt qui primo nauē trahētes sūt a terra. Illā q̄ cito hō p̄ penitētiā vitā suā p̄ponit a mundo elongare. ⁊ incipit penitere. obuiat pirata infernalis. vento voluptatis ⁊ carnalitatis tū ualido. q̄ nō solū cor. sed etiā oēs sensus conturbet ⁊ irritet. ⁊ q̄ hō nesciat q̄ se diuertat. Cogitat enī si luxuriosus. durum fore mulieres dimittere. si auar⁹ pecuniā si raptor rapinā. si ebriosus crapulā. ⁊ sic dulcedie voluptatis carnalis multi retardant ⁊ capiūtur ⁊ occidunt. Quare plato ī phedrone ait. Esca oīuz maloꝝ ē voluptas q̄ in ea capiunt hoīes sicut hamo pisces. Istud malū cōparat cuidā piculo maris. de q̄ narrat boet. iij. de cōso. metro. iij. dicēs. Dū vlixes quidā strēnuꝰ miles rediens de bello troiano. decennio errauit p̄ mare. Uno vo tpe videns quādā insulā in qua erat pulcerria dña q̄ figura solis dicebat. ad quā applicuit ⁊ intrauit. Ista per incantatiōes ⁊ carmina miscuit q̄dā poculū q̄ oīs de eodē bibentes sicut voluit a natura ⁊ spēie hūana in bestias trāsmutauit. Sic socios vlixis. vnū in apz. aliū in leonē. tertium in corzuū suo poculo p̄mutauit. Dū videns vlixes p̄ odorē vnius floris quem sibi dederat regina troye piculū euasit. Vlixes strenuus miles ē homo qui sensualitatē rōne vincit. Hic enī more mundanoꝝ viuens sm sensualitatem nihil denegans oculis vel cordi. multo tempore piculose errat. ⁊ inter omnia pericula maximum in mundo reperit voluptatem carnis. que nunc oculis omniū hominū pulcerrima adiudicat. licz sit turpissima ⁊

periculosissima. nã ꝑ suas incãtationes ⁊ de/
ceptiões quosdã a rõne trãsmutans in besti/
as. vnũ in lupũ rapacẽ fecit. sicut nobilẽ ra/
ptorẽ. aliũ in vulpẽ sicut dolosũ mercatorem
vnũ ĩ canẽ latrãtẽ. sicut iudicẽ vel aduocatũ
municipẽ. ⁊c. ℔ piculũ euadere põt sol⁹ vli/
xes. ſ. penitens qui vt strẽnu⁹ miles. hec oĩa
postposuit ⁊ vicit ꝓ odorẽ suauissimũ floris
xpi quẽ ꝓpit regina celoꝝ ⁊ pnam incipiẽti
ꝓcurauit. ¶ Secõ, pficientes timere nõ de/
bẽt. sed ꝓfidere. qz ihesus eos cõfortat vt op⁹
inceptũ cõpleant ꝫ oĩa aduersa. ¶ Nã quanto
nauis in mari ꝓfundi⁹. ⁊ longi⁹ trahit tanto
magis virtus trahentiũ lassat. melꝰ tñ esset
nauẽ a terra nõ discedere. qꝫ antecꝫ terminũ
⁊ portũ attingat remigantes a labore cessare.
sic nõnulli sũt in principio valde feruentes ĩ
orando ieiunãdo. ⁊c. Sz modico interuallo
tpis seruato labore. ꝓcutiunt accidia. q⁹ a la/
bore quiescũt. nec mediũ. nec portũ beatitudi
nis acq̃runt optatũ. habẽt em̃ ventũ accidie
vel ociositatis. quẽ diabolus ꝫ ꝓficientes su
scitat vt eos impediat ⁊ aĩas eoꝝ capiat. oci/
ositas em̃ ⁊ voluptas arma sũt hostis antiqui
ad miseras aĩas capiẽdas. vt hz extra de re/
nunc. nisi cũ prẽde. in glo. Cõtra hũc ventuz
debem⁹ fortiter remigare ⁊ laborare ſm q⁹ hie
ro. hortat rusticũ monachũ. vt recitat de cõ/
se. di. v. nunq̃d. d. Nemꝑ facito aliq̃d opis
vt diabolus inueniat te occupatũ. ¶ Querit
em̃ diabolus quõ vmosos ꝓ dulcedinẽ sue
inspiratiõis delectet. Inspirat em̃ dulcedinẽ
quietis leniter vestiri. suauiter refici. pocula
sapida. lecũ sternia mũda. ⁊ cernicalia mollia
cõuenire magis nature. qꝫ hoꝝ ꝫria. videlicz
ieiunare. esurire. sitire. vigilare. nunꝫ ꝙesce/
re que vox est multis tam dulcis armonia. q⁹
statim oblitis piculis obdormiunt ⁊ sensib⁹
sopiunt. Istud aũt malũ ꝓpatur cuidã peri/
culo maris. de quo in fabulis poetaꝝ recitat
qđ est syrenaꝝ cãticũ. Dicũt in mari esse mõ
strũ qđ syren dr̃ hñs ex pte vna faciẽ virgis
ex pte altera formã piscis. Et dr̃ syren quasi
trahens. Syrõ em̃ grece dr̃ traho latine ex eo
q⁹ syren ꝓ dulcissimã armoniam boies attra/
hit ⁊ obdormire facit. ⁊ attractos occidit
¶ Nã vt recitat alexander in cinullario poe
tis. q⁹ vlixes post destructionẽ troye per eas
trãsiturus. tali fuit vsus cautela. q⁹ aures so/
cioꝝ suoꝝ cera obturauit. ne syrenũ armoniã
audirent ⁊ obdormirent. Semetipsũ aũt ma
lo nauis alligauit. ⁊ sic euasit. Syren est dia
bolus qui dulcedine inspiratiõis conat oẽs
a labore ad ociũ trahere ⁊ allectos quiete oc/
cidere ⁊ submergere. dz ergo pfiẽns aures
suoꝝ socioꝝ quinq̃ sensuũ obturare. i. cera ĩ/
stabilitatẽ ⁊ fluxibilitatẽ tpis cõsiderãdo qui
etem hãc ⁊ pfectionem statim fluere ⁊ post
inquietẽ eternã obtinere. ⁊ malo crucis alli/
gari ꝓ firmũ ꝓpositũ. ⁊ sic poteris illud malũ
euadere. ¶ Tertio pfecti cõfidere debent et
nõ timere qz ihesus ꝓ penitẽtiã suã eos pfectos
vt permaneant. Nam tempore tempestatis
nauicula maxime pclitat. quantomagis por
tum appropinquat. quia fluctibus repercutit
⁊ qñq̃ vento subuertit. sicut vita pfectoꝝ
est periculosa circa finem. qz vento temptati/
onis maxime repercutit. ⁊ dimisso culmine
pfectionis in ymũ deijcit. Unde valde frau/
dulenter ꝫ tales pfectos ventum spiritualis
elationis ⁊ ꝓprie confidentie diabolus susci/
tat vt eos puertat mouendo species ⁊ fantas/
mata omniũ bonoꝝ ⁊ virtutũ in memoria re/
lictos. ⁊ eoꝝ memoriã facit. vt in his cõpla/
ceant. in qua cõplacentia subministrat vene/
nũ vane glie. Cõsideratione em̃ ꝟtutũ ⁊ lon
gitudine tpis seruitij dei. putãt se in his me/
ritis multis donis esse dignos ⁊ gratijs. vel
cogitant se taliter in bonis firmatos. q⁹ ipossi
bile sit labi in pctm̃ ⁊ sic qñq̃ nimia ꝓfidẽtia
minus caute incedentes cadũt qñq̃ in pctm̃
Uñ apls. i. coꝝ. x. Qui se existimat stare. vi
deat ne cadat. Cogitare dz hõ q⁹ nihil est in
mundo qđ transmutationem nõ habeat. Et
iõ mundus dr̃ a motu. qz non est tam fortis
sanctus prudens qui tñ de se cõfidere dz sed
semꝑ timere qz sicut multi ceciderũt sancti et
fortissimi. ita etiã ⁊ ipe cadere põt. Uñ apls.
videte quõ caute ãbuletis. nõ quasi insipien
tes sed vt sapientes redimentes tps qm̃ di/
es mali sũt. Istud nanq̃ malũ ꝓpatur cuidã
piculo maris qđ fit ꝓ cete beluã marinã que
fixa ad tps pmanet in mari in aliquo loco. q̃
sic stans colligit lutũ in dorso in quo crescũt
gramina. ⁊ herbe virescunt. vñ fit quasi mon
ticulus virens. qui cũ nauigantibus apparet
illic applicant. vela soluunt. ⁊ ibi figunt. esti/
mantes se in terra solida esse sed cũ ignem ac
cendũt ꝓ necessarijs decoquendis. bestia ca/
lorẽ sentiens se subito subtrabit ⁊ collocatos

in mari mergit. Hec bestia designat mūdum rōne instabilitatis hz qñqz ad tps in ꝓsperitate vni vel alteri in aduersitate stare videat qz ꝓnet multū lutū peccatoꝝ. in quib⁹ mundani quasi in virentib⁹ floꝛib⁹ gaudēt intātū ꝙ qñqz etiā nauigantib⁹ in vita ꝓfecta habitabilis appareat deponendo velū timoris dei ꝓfidentia ꝓpria ad eū declinēt alijs mūdanis cohabitantes comedūt. bibūt ꝛ loquunt. nihil timentes. decipiunt ꝛ pctis inuoluuntur ꝛ sic mundus eos in ꝓfundū mergit infernī. Nulla igit cōfidentia ē habenda de mūdo. hz semper timendus. sed sola ꝓfidentia est in dño habenda qui potest nos in bono conseruare dicens. Confidite. ꝛc.

¶ Tertia pars in qua tractat de miraculosa ptāte. q. offis infirmos curauit solū p tactū vestimenti ei⁹. qz vt luc. vi. dicitur. Virt⁹ ex illo exibat ꝛ sanabat oēs.

z ¶ Moraliter ē notandū. ꝙ sic videm⁹ naturaliter alios fructꝰ. gemmas siue herbas esse magne virtutis. qđ tāgentes solū pūt ꝓfortare ac ꝓsolidare. Ita ysaac ꝛ plin⁹ in diet⁹ dicūt duo eē genera malogranatoꝝ quoddam malogranatū ē dulce qđ hz virtutē ꝓstringendi. ꝓfortādi. ꝛ ꝓsolidandi. etiā alteꝝ qđ ē accetosum naturā ex calore deficientē repat mirabilit ꝛ ꝓfortat. valet ꝫ epatis calefactionez ꝛ cordis defectū. Ita legit in de pomo ꝛ morte Arest. ꝙ ꝓfortatiōe cordis ꝛ virtū. i pūcto mortis in manu tenuisse pomū. Et si natura tāte est virtutis sanatiue quātomagis deitas i carnata q. cōdidit naturā. si ex deuotione corpis tangit nobis inuisibili demōstratiōe sue grē pbet medicinā salutz. Ita theodosius in pnāli suo. vt recitat de pe. di. ij. qđ est. de salutis ꝛ sanctitatis auctoꝛ ꝛ largitoꝛ. plerūqz ꝙ bet hoi sue pnie medicinā inuisibili admīstratione. s. si tangit ꝛ implorat. Debem⁹ igitur sincera deuotiōe ꝓ salute ꝛ sanitate tangere vestimentū xpi q deitas fuit velata. aīa xpi coronata. caro xpi circūdata. Primū vestimentuz est hūanitas. q. vt vestimētū corpis deitatē abscōdit ꝛ occultauit. De q ruth. iij. Induere vestimentis. ꝛ abscōdere in area. vt nō te videat hō. Jstud vestimentū fuit colore purpureū. ꝛ b ꝓ vulneratiōez ꝛ sanguinis aspsionē Quare ysa. lxiij. q̄rit ꝓpheta in ꝓsona inferiorū angelorꝝ mirātiū xpi passionez. d. Quare tubꝝ est indumētū tuū ꝛ vestimēta sic calcātiū in torcular. Figurat tunica ioseph. intincta in sanguine hedi. et oīa pī. vt gen. xxxvij. Sic hūanitas xpi innocent vulnere ꝛ sanguine aspsa in passione oīdebat pī celesti. q̄ in patibulo crucis ad celū leuabat. Cuius vestimenti fimbriā. i. aliquā modicā passionem q cūqz ex deuotione tetigerit virtutē ꝛ grām acq̄rit. Scōm vestimentū est virtutis ꝛ grē q aīa xpi ꝓ cūctis spiritib⁹ in celis fulget. Iam fm mgm. iij. sen. di. xiij. aīe xpi collata est tanta grā q maioꝛ creari nō pōt. Jstud vestimentum est aureū de q ps. ait. Astitit regina. i. anima xpi a dextris tuis in vestitu deaurato circūdata varietate. s. virtutū. Figurat in vestimētis regalib⁹ quib⁹ hester induta in atrium regis asueri intrauit. regem placauit. ꝛ ꝙm liberauit. hester. v. Fimbriā. i. aliquā ptīculā huius vestimenti tangere debem⁹ p imitationem. qz q̄ ad plenū nō possum⁹ tangere saltem ptez tangam⁹ ꝛ grām ꝛ glām acquirim⁹. Tertiuz vestimentū est uter⁹ virgine⁹ marie genitricis dei. q caro xpi nouem mensib⁹ circūdabat. ꝛ tegebat. de q hier. xxxi. nouū faciet dñs sup terrā mulier circūdabit vir ꝓ gremio uteri sui. Jstud vestimentū est strāgulatū. de q dicit ꝓuerbio. vlt. Strāgulatam vestem fecit sibi bissus ꝛ purpura indumentū eius. Hā sicut strāgulatū est diuersis coloribus colorat⁹ sic corpus ꝛ uterus virgineus. Est em glauc⁹ p patientie strēnuitatez. candidus p castitatem purpureus p charitatez. De prīo est em patiens in aduersis sic nudus sine indumēto. ꝛ miles sine gladio. non sic maria. vñ petrus comestor. Virgo fuit inter angustias sic lilium inter spinas. ꝛ sic rosa inestimabilis patientie in filij sui passione. Jstud vestimentuz nihil valet nisi infoderatū. illa foderatura est lenitas vt leta sit patia. nā multi patiunt sed interi⁹ nō hñt lenitā qz deficit eis foderatura. Nō sic maria de qua dē ꝙ fuit in penis hilaris. in iuriis grata. in molestijs leta. iō figurari pōt p rebeccā q. interptat multa patientia. q. q̄dez rebecca fuit desponsata ysaac q interptat let⁹ Nu Multe sunt psecutiones hodie in eccl'ia dei si videamus quō tractāt plati q sunt in magna psecutiōe ꝛ afflictione. pscientia ꝛ obedientia vrget ex vna pte qua nullo mō dñt infringere ptās ex alia cui nō pūt resistere. necessitas regni cui vellent libent subuenire. iō necessaria

est eis patientia. Secdo vterus vgineus est cādidus p castitatē. fuit enī corpe ⁊ mente casta vgo. Ñ ambro. li. ij. d vgi. dicit sic. qd castius vgine maria q̄ corpus sine ptagione corpis generauit. ⁊ subdit de ceteris eius virtutibus taceo. vgo erat nō solū corpe. sed et mente. Et iō merito instar iudith ē ab oibus laudāda. nā sic illa corpis mūdiciā custodiēs olofernez occidere meruit. sic illa potentiā diaboli minuit ⁊ pstrauit idcirco bñdicebāt illā oēs vna voce dicentes. Tu glia hierm. ecce clara visio. tu letitia isrl. ecce grata fruitio. tu honorificentia ppli nri. ecce plena totaliter q̄ subdit q̄ fecisti viriliter ⁊ pfortatū est cor tuum. eo q̄ castitatez amaueris. Tertio vterus vgineus est purpureus p ardentissimā charitatez. Ñ apoc. xij. signuz magnuz appuit in celo. mulier amicta sole. nā sic sol stās in celo totā terrā illuminat. sic maria regnās in celo cum filio nō cessat homines illustrare ⁊ defendere. Ñ bern loqns d ipa dicit Tolle d corpus solare q̄ illuminat mundū ⁊ dies nō erit. tolle mariā hāc maris stellā itaq̄ magni ⁊ spacioſi. qd nisi caligo inuoluens et vmbra mortis ac tenebre relinquunt. Hoc igitur vestimentum strāgulatum. s. mariā tāgere debemus cordiali inuocatione. in omnibus necessitatibus. et virtus misericordie et pietatis ex eo exibit. qd sanat omnes

Dominica inuocauit.

Ductus est iesus

in desertū a spū vt tempta. a dia math. iiij. videm? nihil fieri sine cā. Ñ plato in thimeo. Nihil hz ortū cui? cā legitia nō p̄cesserit. Nam si quer. quare domus fit assignat cā finalis. vt. s. inhabitā tem defendat a nimb? ⁊ pluuijs. ista eñ cā finalis licet sit vltima in executione est tñ semp prima i intentiōe ⁊ p̄cedit. ij. phi. Sic eū xps ducē? sit a spū in desertū necessario nō sine cā quare aūt ⁊ que cā finalis. s. vt temptaret a dia. dicit igit. ductus ē iesus. Queritur vtr ille tēptator lucifer qui nunc ē angel? tenebraz cognouerit ante casū fiendū incarnationis mysteriū p aliquā diuinaz psonaz. ⁊ videt q̄ nō. qz vt dr. ppter d tēptauit xpm. s. vt sciret si eet filius dei. Rñdeo q̄ temptator ille cognouit mysteriū futuz fiendū. sed modū ignorauit. Et cognouit isto mō q̄ videndo deū facie ad faciē. videbat eū ee artifice causalē oīm futuroz p̄ingentiū. ⁊ sic cognouit futura relucētia i eo. qz aīa oīna eēntia est claz speculū p̄tinens oīa futura relucentia sic p̄nia vel p̄terita mysteriū incarnatiōis vt aliud futuz relucēs cognouit. Sic oñdi p̄t p duo exēpla. Primū p filitudinē ⁊ imaginez oīm hominū in mente mea. qz sicut silitudo vna ex vnius hois in mente mea est sufficiēs repñtatiuū ad repñtandū mihi oēs homines q̄t sunt ⁊ esse p̄nt sic etiā essentia diuina quia erat forma intrinseca in aīa luciferi non informatiue informās sed vitaliter immutans qz erat obiectū q̄d angelo illabat. Cū eñ obiectū illud aīe repñtaret futura p̄ingentia. repñsentabat etiā angelo futurā incarnationē. et humani generis redēptionē. Exemplū secūdū. nā si in illa eccl'ia eet speculū magnum ⁊ omnia q̄ in eccl'ia sunt illi opponerent. illa relucerent in eo. ⁊ qui speculū videret. inspiceret ⁊ res p̄tatas per speculum. Sic ad ppositū potuit esse d angelo. vnde etiā qz erat acutioris intellectus. ppter suā subtilitatē. ideo clarius cognoscebat. Sed quare dubitauit tēptando xpm si esset filius dei. Rñdet q̄ qñ cecidit in pctm. pctm velabat mentē ipius vt caldarie candelā accensam. q̄ pdidit maiorem ptem sue illuminositatis ⁊ scie quā hūit de deo. sic etiā pdidit sciam certā de incarnatione filij dei. licet post lapsū recordaret per aliqua de mō incarnationis. ⁊ quoz deus voluit recordari eū. Ideo videns xpm signa facere excedentia humanā ptātem. sicut mortuos suscitare ⁊c. putabat ipm esse filiū dei. sic etiā in natiuitate qñ audiuit angelos cantare glozia in excelsis deo. ⁊ nouam stellam irradiare. sed quando viderat signa humane infirmitatis in eo scilicet q̄ quando esuriit ⁊ horum similia. dubitabat an esset ille. Vt ergo veritatem agnoscere posset. ⁊ huius redemptionem generis humani impedire. in desertum accessit ad eum temptando ⁊ cetera.

Visis in p̄cedentibus de quibusdam virtutibus ⁊ ornamentis. quibus penitens potest armari. hodie sequitur qualiter aduersarius tales aggredit vt mercede possint eterna priuari. ⁊ secundum hoc tres sunt partes p̄sentis euangelij.

In prima dicitur quomodo hō eligitur ad certaminis ingressuz. ibi ductus est.

In secunda quō aduersarī hoiem insequit vt impediat eī progressū ibi. Et accedens. In tertia quō bellum cōcludit quo ad egressum ibi. Tunc reliquit.

¶ Quātum ergo ad primum notandū est circa lram q̄ xp̄s immediate postq̄ fuit a iohanne baptisat in iordane ascendit instigāte spūsancto qui in columbe specie in ipsū descendit in desertū. i. locū solitariū aptū pnīe. qđ desertū ẽm mgr̄m hist. fuit inter hierm et hiericho. et vocat quarētena eo q̄ xp̄s ibi ieiunauit. xl. dieb. et. xl. noctibus. et prius decoy dicebatur. i. locus sanguinis. eo q̄ ibi latitabāt latrones sanguinez effundentes. de q̄ loco etiā dicit in parabola de hoīe descendente a hierm in hiericho q̄ incidit in latrones. ¶ Moraliter hō in deserto huius mundi multis temptatiōibus diaboli subiacet. vt vincens coroneť. victꝰ deijciať. Hoc decuit deū sic ordinare. Primo ratiōe p̄p̄rij actus vniuscuiusq̄. Hā ẽm augu. li. vij de ciui. dei. c. iij. Deꝰ sic administrat res. vt eas p̄p̄rios motus agere sinat. iō tam hoīem q̄ diabolū p̄stituit in libertate arbitrij et i manu cōsilij sui reliquit. Eccl. xv. Et vtriq̄ permisit agere qđ voluit siue hūc in tēptādo siue istū in cōsentiendo. vt apparēt virtus et laus per suū oppositū. Unde dicit mgr̄. ij. sen. di. xxiij. c. i. Hō esset laudabile homini si iō bene viuere posset. q̄ nemo male viuere suaderet Ita q̄ si hō habuisset per naturā non posse peccare. nulla laus vel gloria esset homini nō peccare. et tēptationi resistere. sed q̄ pōt peccare. vincere et vinci tēptationibus. Iō gloriā per triūphū. et vitam perenē per casū acquirit Unde bonauen. in. ij. suo sup̄ mgr̄m sen. di. xxiij. ar. i. ¶ Deus ideo p̄mittere debuit hominem a diabolo impugnari. vt si fortiter et viriliter ageret. maiorem gl̄iam inde conseqreť. Temptatur igitur homo p̄pter triā. per diabolum.

Ad probitatis probationem.

Ad iniquitatis correctionem.

Ad humilitatis eruditionē. Hā p̄io tēptať hō ad p̄bitatis ꝛc. nā scolaris ō nouo intrās scolas tēptať de patientia miles de cōstantia. Sicut legiť de cōstantino impatore. qui xp̄ianos nouos in fide p̄bauit qui fideles essent et cōstantes. sic deus inexp̄tos p̄bat et experitur p̄ multas tribulatiōes. sic temptauit iob per sathanā dissipans omnem substantiam eius. Etiā abraam in immolatiōe filij et fidelis inuentꝰ est. Uñ iudith. viij. dicit q̄ quādo filij israel fuerūt in persecutione olofernis vocauit iudith p̄sbiteros dicens eis. Uos fratres qui p̄sbiteri estis in pp̄lo dei. ad eloq̄um vestrū corda eor̄ erigite vt memores sint quomodo a deo temptati sunt patres nostri. vt p̄barent si vere colerent deum suum. memores esse debent. quomodo pater noster abrahām temptatus est. et p̄ multas tribulationes p̄batus. dei amicus effectꝰ est. Sic isaac. sic iacob. sic moises et oēs qui placuerūt deo. per multas tribulationes transierūt fideles. Illi aūt qui temptationes nō susceperūt cū timore domini. et impatientiam suā et improperiū murmurationis sue p̄tra dominum protulerunt. exterminati sūt ab exterminatore et a serpentibus perierunt. ¶ Secō tēptatur homo ad iniquitatis p̄rrectiōem. Hā aurifaber mittit aur̄ in testā vt per ignem clarificeť et purgeť a mixtura. Sic deꝰ per tēptationes et tribulatiōes purgat aīas a pctīs Uñ hec est rō quare sancti martires aliq̄ maximā lesionem tormentor̄ senserunt. q̄ p̄ hoc pctā venialia si q̄ habuerūt diluerūt et eorū meritū et coronā auxerūt. p̄s. in p̄sona scōrum dicit. Posuisti tribulatiōes in dorso nō. trāsiuimus p̄ ignē et aquā et eduxisti nos in refrigeriū. Sic filij isrl ducti p. xl. annos p̄ desertū magnis tribulationib⁹ purgabāť. ¶ Certio temptatur hō per eruditionem hūilitatis quō ei q̄s posset p̄mo suo tribulato p̄pati. q̄ nūq̄ tribulationē gustasset. Hā xp̄s ex his q̄ passus est didicit hūilitatē et p̄passionē. nisi eū temptaremur p̄pter defectū nr̄e cognitionis et experientie. de nobis ipis supbiremus Et ne cū lucifero vltra nos ascendam⁹. p̄mittit deꝰ q̄nq̄ electū temptari. sic p̄. ij. cor̄. xij. de paulo q̄ cū esset vas electiōis tū temptatus est ne magnitudo reuelationū eū extolleret. vñ dic. Ne magnitudo reuelationū extollat me dat⁹ est mihi stimulus carnis mee angelus sathane qui me colophizet. De hoc loq̄ns greg. ix. mor. c. xxxvi. dicit Supna dispensatio idcirco nos tota sibi intentione seruētes carnis nr̄e p̄mittit temptationib⁹ concuti. ne mens nr̄a audeat i supbia p̄sumptionū securitatis eleuari. vt dum pullata trepidat. in solo

actoris adiutorio fidem robustꝰ ꝓficiet.

¶ Sz q̄rit vñ tēptatio ꝓueniat dr̄ q ꝙcz ab interiori vt qñ quis tēptat ꝑpter prauitatē ꝑriā. Jaco.i. Unusq̄sq̄z tēptat a concupiscentia sua illa molestissima. Hā si bellū infra vnū regnū ē nociuū ē. ⁊ magis infra ciuitatē et maxime infra vnā domū. sed intollerabile videt infra eandē psonā. q̄ qui diligit iniq̄tatem odit aiam suā. ꝯm ps. Ꝙcz causatur ab exteriori. ſ. qñ quis ꝓuocat ad malum ex his que audit ⁊ videt. Sic danielis. xiij. dr̄ q̄ senes iniqui et impudici videntes susānaz exarserūt in ꝓcupiscentiā ei⁹. Illa aūt est ō se facilis. q̄ nisi ꝓiūgat cū interiori. de se nihil pōt. Ꝙcz oriť ab inferiori. ſ. a diabolo q̄ ē ciuis iferni qñ ipe instigat ad actū malū. act. v. dixit petrus ananie. Cur temptauit satbanas cor tuū mentiri te spūi sancto. Illa est debilissima q̄ ꝯm augu. debilis ē hostis qui nō vincit. nisi volentem. ⁊ iō metrice dicť. Hostis nō ledit nisi cū temptat⁹ obedit. Est leo dū cedit. si stat quasi musca recedit. Isto tñ nō obstante diabolus plus temptat penitentes q̄z peccatores. q̄ penitentes sibi resistunt sed pctōres sūt ei obedientes. sicut castrū sibi subditum nō repugnat. sed sibi ꝓrium. vnde grego. Hostis noster quātomagis sibi rebellare cōspicit tanto amplius expugnare cōtēdit vñ iudith. xij. dr̄. Ego nūq̄z nocui viro. qui voluit seruire regi nabuch. regi babilonis. populus aūt tuus si nō cōtemsisset me non leuasset manū meam cōtra eū. Uerba ista fuerūt olofernis per quē diabolus signatur. qui pl⁹ temptat penitentes rebellantes q̄z malos facientes eius voluntatem. ⁊ ideo magis cauere debent.

b ¶ Secunda pars in qua tractať quō aduersariꝰ hoiem insequit in ꝓgressu certamis vt eū ipediat tibi. Et accedēs tēptator. Hā sic̄ lucifer ꝓmissiōe dīna trāsformatus in speciem serpentis. primū hominez interius tēptauit ac supauit. scz gula. superbia et auaritia. sic eadem ꝓmissione aggrediēdo christum in specie humana. vestitu honesto ꝙ xp̄m est deuictus. ⁊ cōfusibiliter fugatꝰ. qñ in predictis tubus nitebať xp̄m supare. Diabolus enim attendens xp̄m. xl. diebus ieiunasse putabat eū fame cruciari vt igitur per gulam posset eum capere. temptauit eum. d. Si filius dei es iube vt lapides isti panes fiant. vt comedas q̄ esuris. Scz ne diabolus xp̄m agnosceret. rñdit prudenť ꝙ scripturam deuť. viij. Hō in solo pane viuit hō. q. d. tu oñdis te honestū ⁊ prudentē exteriori ꝓuersatiōe. sed prudētiā verbis anihilas et tollis. Hā prudens et honestus dz primo curā hre de digniori et meliori. scz aīa dignior et melior ē corpe. ⁊ ḡ ꝓuīo ⁊ pri⁹ deberes q̄rere d ci bo aīe et spūali q̄z de corpali. cū hō cōstituať ex vtrisq̄z. ⁊ ꝙ vult in vbis istis. d. Hō i solo pane viuit hō. quasi. ſ. tot⁹ corpalis sed etiaz q̄ in aīa spūalis viuit in omni vbo q̄d ꝓcedit mediante inspiratiōe vl̄ ꝓdicatiōe de ore dei. Tūc. i. p⁹ illā tēptationez assūpsit eū diabolus vt temptaret eū in vana gl̄ia ⁊ duxit illū i birlim. ⁊ statuit eū sup pinnaculū templi .i. locū vbi doctores legis ꝙsueuerāt pplo legē exponere. d. Si filiꝰ dei es. ſ. sicut oñdis in opibus vt sic̄ filiꝰ dei de opib⁹ tuis gl̄ificeris ab hoibus ⁊ miracul̄. mitte te deorsū. q̄ scriptū est. Qm̄ angel̄ suis deus mādauit de te. vt custodiant te. tē. Etiā ꝙ fecit diabolus vt xp̄s ex hoc sumeret occasionez vane gl̄ie ⁊ ne timore hūano dimittat. excludit timorem per scripturā. scz xp̄s illi itez obuiat ꝙ scripturam d. Hō temptabis dīnm deū tuū. q. d. ꝙ ꝙ ꝓposuisti nō ꝙz fieri. Cū ex alia scriptura habeať deuť. vi. Hō temptabis dīnm deū tuum. Hā sic temptarem deū. si totaliter cōmitterez me auxilio diuino. cū auxilio humano bene per gradus descendere possim. Uictus itez diabolus in secundo accessit ad tertiū temptādo eū per auarinā ducens in mōtem excelsū in ꝑtu spūs qui mons est in deserto distās a loco i q̄ xp̄s ieiunauit duobus miliaribus vbi xp̄o ostendit omnia regna mūdi quasi sua. d. Hec omnia tibi dabo. si cadens adorazueris me. xp̄s igitť q̄ suā patienť sustinuit iniuriam scz exprobrauit. d. Uade satbanas. q̄ scribitť deuť. vi. Dīnm deū tuū adorabis. et illi soli seruies. Uictus igitť ꝓfusibiliter abscessit.

¶ Moraliter est notandū q̄ scz philosophū i. topi. q̄t quot modis dicitť vnum oppositoz tot modis dicitť ⁊ reliquū. Si enim vnū oppositorum dicitur multipliciter et reliquum. viij. phisi. Quot enim sūt mala. tot sunt opposita bona. q̄t em̄ sunt noctes tot sūt ꝙ oppositez dies. Cū igitť quasi infinita sint mala tēptatiōis diaboli. optet q̄ eną sint tot cautele 3

et remedia. Unde. ff. de ventre inspiciendo l. i. Nouis supuenientib⁹ cãis. nouis ẽ remediis succurrendũ. Cũ igit aduersari⁹ hũani generis semp querat noua mala ⁊ iacula. vt vulneret ⁊ occidat. necessario sp nouis remediis ⁊ bonis ꝛbꝰ ẽ ei obuiandũ. Uñ gre. in omel. de vno martire. Sicut arte medicine calida frigidis. frigida calidis curant. ita dñs noster ꝓtria apposuit medicamẽta peccatis vt lubricis cõmentiã. tenacib⁹ largitatez
k irracundis mãsuetudinẽ. elatis ꝓcipet humilitatem. ¶ Uñ igit diabolus accedit hoiez bis malis impugnare. studeat virtutib⁹ bis oppositis obuiare. est enim aduersarius valde astutus temptando. quia cum nos ꝓsiderat. Abstinentia maceratos. temptat gulositate. Pietate assiduos. superbia ⁊ vanitate. In diuitijs celicos. simoniaca prauitate. Nã prio tẽptator accedit maceratos abstinentia ⁊ quasi cõpatiẽs hũane fragilitati. inuadit armis malicie sue suggerendo boni ꝓpositi difficultatẽ cibo⁹ vilitatẽ. ⁊ insipiditatẽ. laborum assiduitatem. abstinentie diuturnitatem complexionis fragilitatez. quasi omnia contraria imbecillitati carnis. d. Dic vt lapides isti. i. illa dura opera et virtutes. vnde anima reficit sicut caro pane. panes fiãt. i. mitiora. q. d. Tu abstinentia ⁊ ieiunio macer et debilis es factus. ponderosus ⁊ piger ⁊ ĩ omnib⁹ bonis quasi lapis tardus. Fac ergo abstinentiã tuam mitiorẽ. vt eã possis tollerare nimiũ est quotidie ieiunare. habes caput debile stomachũ indispositum p̃ oleo deficis senio. Fac ergo tpatã refectionem ⁊ abstinentiam. Et ad hoc adducit naturã scriptmã. ⁊ figurã. Nam natura dictat moderatã refectionem. Uñ philosoph⁹. ij. ethi. dicit. potus et cibi amplius ⁊ minus refecti corrũpunt sanitatem. que aũt ꝓmensurata sunt. saciant. augent ⁊ saluãt. Scriptura ad ro. xij. Hortat ad rationabile obsequiũ. Irrationabile igit videt minus sumere ꝙ natura appetit. Dicunt ergo hi vt habetur de pe. di. ij. bi sunt. Uanducemus ⁊ bibamus ⁊ in eternũ regnabimus. Qꝺ oñdit figura. i. regũ. xxviij. vbi dicit ꝙ saul cecidit. piect⁹ ĩ terrã ⁊ roburĩ eo nõ erat. qz nõ comederat panez tota die. Et alia figura dicit. iij. reg. xix. ꝙ helias comedit ⁊ bibit ⁊ ãbulauit in fortitudie cibi illi⁹ vsq ad mõtẽ dei. ¶ Hec ⁊ hꝯ filia tẽptator ieiu
l nãtib⁹ suggerit sub specie pietatis. vt eos de ꝓpositis bonis auertat. ⁊ ad gulaz deijciat. vel ad alia vitia. Uñ legit de beato francisco. vt scribit doctor deuotus bonauen. in legẽda sua c. de austeritate vite. Qꝺ cũ quadã nocte beat⁹ franciscus in cella orationi vacaret. vocauit eũ hostis antiqu⁹ tertio dicens. Frãcisce. frã. fran. Cui cũ quid quereret respondisset. fallaciter ille subiũxit null⁹ est in mũdo pctor cui si cõuersus fuerit non indulgeat de⁹ sed q cũqꝫ se penitentia dura necauerit misericordiam nõ inueniet in eternũ. sed statim vir dei p reuelationẽ cognouit hostis fallaciam qm missus fuerit eũ ad tepida reuocare. Hec est em illa bestia de qua dañ. vij. ecce bestia alia similis vrso in pte stetit ⁊ tres ordines dentium erant in ore eius ⁊ dicebat. Surge come de carnes plurimas. ista bestia est diabolus temptator voraz sicut vrsus cupiens deuorare ⁊ deglutire omnem sanctã aiam ⁊ in bono ꝓposito ⁊ exercitio lacerare. hic habet tres ordines dentiũ. s. tres modos inuadendi ⁊ tẽptandi hoies. s. p gulã. superbiã ⁊ auaritiam. Suggerit igitur ieiunantibus ⁊ abstinentibus gulositatatẽ dicens cuilibet. Surge come de carnes plurimas. i. omnem cibũ delectabilẽ ꝙm appetitũ. ⁊ potũ ad satietatẽ. Sic abstinens obuiare debet. d. Non in solo pane viuit homo ꝛc. i. homo non viuit sm desiderium carnis viuit sed moritur iuxta apostolũ dicentẽ. Si ꝙm carnẽ vixeritis morie mini. sed solũmodo viuit pane celesti. s. xpo. in aĩa ⁊ in oi ꝛbo qꝺ ꝓcedit de ore dei. Secũdo tẽptator aggredit ad cãpũ certamis ar mat⁹ vana gl̃ia ⁊ superbia p quã cõpassiuos et misericordes deuotos inuadit. d. Si filius dei es mitte te deorsũ. q. d. Tu multa et magna opa misericordie ⁊ pietatis exerces. quo ostendis te singularem filiũ dei. iuxta illꝺ lu. vi. Estote misericordes sicut ⁊ pr̃ vr̃ misericors est. Securus igit es nec decipi poteris mitte te in opib⁹ tuis deorsũ ad oñsionẽ hoim vt inde ab oib⁹ gl̃ificeris ad qd tũ in occulto labores magna expendisti ꝓpter deuz nec laudem aliquã reportasti. Nam lux nihil valet sub modio. ꝫ sup candelabꝝ. Hac em instigatiõe diabolica hoies decepti quasi oẽsmittũt se a laude dei deorsũ ad ꝓpriã laudẽ omnes querunt vanã gl̃iaz. ¶ Ornamenta em ecclĩastica armis signant ad oñsionem exeqe

mortuor cũ põpa pagunt. q2 ſm augu. vt allegat̃ p mgr̃m ſen. di. xlv. ꝛ. xiij. q. ij. aĩe defũctor. põpe exeq̃ar magꝭ ſũt ſolatiũ viuor q̃ꝫ ſubſidiũ mortuor. ¶ Dz dicis. pecco ſignãdo ornamenta q̃ trado eccleſijs in remediũ aĩar. Dico ãt ſi ꝺ facis ad vanã gloriã ex eo. ut tu ꝛ pentes glorificet̃ ꝛ ſi nõ pecces dãdo tamẽ peccas vanam gloriã q̃rendo. Vel ſi ſolũ hoc facis ad tui parentũq̃ recordationẽ. vt aſpicientes animar recordent̃ p quib⁹ data ſũt. ꝛ vt magis pro eis dño p̃ces fundent ſic fieri põt ſine pct̃o. Dic etiã ſimile habet̃ de ſepulctis in eccl̃ia. q̃ fieri põt ſine pct̃o ad recordationẽ vt hẽ. viij. q. ij. cũ grauia peccata. debemus ergo cauere. ne iſtinctu diabolico deſcẽdam⁹ in opibus miſericordie ad vanã gloriam. iuxta illud Matth. vi. Attendite ne iuſtitiã vr̃am faciatis coram hoĩbus. vt videamini ab eis. Et p̃ſper de vita ꝓtemplatiua. vanitas vanos homines afflat⁹ ſui vento circũfert qui ſe de opibus quor ſibi p̃ſcij nõ ſunt turpit̃ iactãt ꝛ ab hominib⁹ laudari affectãt.

effusus nobis maxime meruit. Etiã et abundantia meritoꝝ oĩm deuotoꝝ xpianoꝝ q̃ vltra mensurã delictoꝝ vel debitoꝝ suoꝝ. p tribulationes ⁊ afflictiões superogauerunt. ⁊ no bis meruerũt. ¶ Item ieiunia. oões. elemosyne castigationes quibus deo seruierũt Hec oĩa p diuinã clemẽtiã in seminio ecclie reconditas cõ petro ⁊ eius successoribus collata ⁊ cõmissa. fidelibus in charitate vnitis dispensanda ⁊ distribuenda in dedicationibus pocinijs ⁊ festiuitatib⁹ sanctoꝝ largissime distribuunt. vt vnusq̃sq; iuxta suã capacitatez accipiat. Et iõ cũ sũma hũilitate ⁊ deuotione tabernaculũ ecclie est intrãdũ. cũ cõtritione ⁊ cordis dolore de pctis ⁊ sic meret hõ veniam delictoꝝ alias non esset capax indulgentiarum. Indulgentia nanq; pfupponit dimissionẽ peccati. cum sit quedã relaxatio pene debite p pctis. Ex q̃ dicto pz corrolarie. q; multi sunt stolidi ⁊ stulti. qui magnis laboribus ⁊ expensis currunt ad dedicatiões. nec pfessi nec ptriti. ⁊ iõ infructuose recedũt. ⁊ vtinam nõ peiores ebrietatib⁹. ludis. choreis. ⁊ bis silibus redirent. ¶ Tertio ecclesia est schola moraliũ documentoꝝ. ibi. n. fiũt pdicatiões exhortationes. oões. pces. oblatiões. misse. in quibus oĩbus deo placat ⁊ misceõia impetrat. vñ ezech. x. dr. q; domus dñi imple ta est nube. s. doctrina salutari. oõne spũali. etiam quibus corda arida irrigantur. ⁊ deus mitigatur. Sed dolenter referendum ẽ ⁊ cõquerendum cum propheta Ezechiel. viij. cõuersus vidi ⁊ ecce. xxv. viri qui habebãt dorsa contra altare templi. ⁊ facies eorum cõtra orientem. Et videte si propheta ⁊ deus propheta cõquestus est. q; antiquus populus non fuit attentus in domo domini. vbi animalia irrationalia offerebantur. quid igitur in modernis temporibus. si vidisset multos nõ solum sine reuerentia. sed cum irreuerentia magna venientes. nõ in humilitate. ſz cum superbia ibidem stantes non orantes. ſz cum dissolutione cauillantes. detrahentes. nec verbum dei audientes. Quid diuisset p pheta. Certe dico q; illud verbum saluatoris Domus mea domus orationis est. vos autẽ fecistis illam speluncam latronum. procul dubio hoc dixit. quia inuenit ibi quatuor indecentia. s. oues. boues. columbas. ⁊ nũmularios. Inuenit enim deus primo in sancta ecclesia boues. i. mentes mundi delectationib⁹ deditas que. solum de corpoꝝ consolationibus curant. sed animam ⁊ spiritum negligũt semper ad modum boum terram arantes. et spiritum negligentes. quorum cor instar talpe excecatur in terrenis ⁊ versatur in eis. nec vnq̃ mentes suas erigunt ad celestia. sic nec bos. quia puluis terrene affectiõis excecauit eos. Tales semper paleas ad modum boum comedunt. i. in peccatis delectantur ⁊ vanis quibus paleis fornax inferni est accensa. hi sunt in domo domini sicut latrones. Decũ do deus in domo sua inuenit oues. i. mẽtes vana intentione corruptas. quia exterius pretendunt q; pure propter deum ad domũ domini vadunt ⁊ veniunt. sed intentio multoꝝ frequenter est corrupta. quia forte ad videndum ⁊ audiendum vana ⁊ inutilia illuc accedunt. Unde multi intrantes in domo domini existentes. habent dorsa sua ad altare. inspiciunt mulieres. mulieres econtra viros. ⁊ ad istum finem multi veniũt. ⁊ in illis sub pelle ouina latet cor vulpinum. veniunt in vestimentis ouium. ⁊ intrinsecus sunt lupi rapaces. Isti sunt latrones qui spoliant in domo domini homines mundis affectionibus. et sanctis meditationibus meritis ⁊ gratijs.

¶ Tertio inuenit ibi colũbas nõ simplices ſz varijs pẽnis vanitatũ ornatas. sicĩ domo dñi inueniunt. q̃ supne se ornãt varijs vestimentis ⁊ coloribus q̃ sũt filles sycali serpenti q̃ vt dicit Isiõ. tanta pfulget varietate dorsi. vt in sui admiratione intuẽtes inducat. ⁊ qz piger est ad cursu inuadere nequit sui admiratione intuẽtes rapit ⁊ quanto est discoloz. tãto in veneno deterior. Sic hõ ornat⁹ tanq; quoddã idolũ oculos ⁊ corda intuentiuz ad se trahit. ⁊ stupida ⁊ insensata reddit. ⁊ sic ea p concupiam rapit ⁊ veneno male delectatiõis extinguit. ⁊ iõ quãto ornatior ⁊ pulcrior. tanto pniciosior. ⁊ iõ talis ornatus rethe diaboli dr ad capiendũ animas. ¶ Sz dicis non iõ adorno me. vt capiam boies. dico q; facis sicut latro qui non p se vult piscari in vinario domini vel venare in foresta eius. tamen cõmodat rethe suum latroni audatiori. sic ⁊ illi dant corpa sua diabolo ad decipiendum et capiendum animas. multi enim volunt concupisci. quãuis concupiscere nõ velit. ⁊ ideo faciunt in templo speluncam latronũ. Quar

to inuenit ibi nūmularios. qui nūmum ⁊ monetam eterni cesaris scz animam suam imagine ad modum nummi insignitam cambiunt. ⁊ vendunt diabolo pro modica delectatiōe In eccl'ia nanq̄ nulla talis emptio fieri debz sed redemptio ⁊ solutio peccatorum per contritionem ⁊ dolorem ⁊ deuotam actionem.

¶ Dominica Reminiscere.

HAssumpsit iesus petrum iacobum ⁊ fratrem eius Johannem ⁊ duxit illos in montē excelsum seorsum. ⁊ trāsfiguratus est ante eos. Matth. xvij. ¶ Alkabitius in theorica planetarum dicit. q̄ qui volunt diuinari i astris sup aliquibus effectibus ⁊ euentibus futuris necesse ē vt altos montes adeāt. Cuius rō ē ꝑm ptholomeum almagestis. iij. qz subtilitas montani aeris subtilitatē atq̄ limpiditatem efficit rōnis. sic volens diuinari ⁊ certificari de effectibus gr̄e ⁊ pietatis dei. ⁊ an sit de numero saluādo⁹ exclusis oībus terrenis ⁊ mundialibus. per affectū veri amoris ⁊ charitat̄ surs̄ū in deū ascendat. ⁊ diuinit⁹ illustratur ⁊ pfecte informat̄ q̄usq̄ ad pfectā lucē pueniat Sicut dr̄ de pe. di. ij. nō reuertebant. Desiderium iust⁹ q̄ō absq̄ obstaculo est diuinitus illuminat̄. quousq̄ ad pfectā lucem ⁊ beatā pueniat. discipuli igitur xp̄i relictis oībus terrenis. qz sincera dilectione solum xp̄m accesserunt p̄ alijs secreta diuinitatis meruerūt speculari in xp̄i transfiguratione. ¶ Queritē cum deus possit oēs hoies saluare. cur petr⁹ ⁊ iohannē assumpsit ad gl'iam ⁊ andream et philippum vult dānare. Et videt̄ q̄ ip̄e de⁹ sit cā. quare vn⁹ saluat̄ ⁊ alt̄ dānat̄. dicendū q̄ nunq̄ fuit hō adeo miser in peccādo i hac vita cui de⁹ suā misc̄diam negaret ⁊ gratiam dū tm̄ sei p̄m capacē faceret. Nihil enim tā vile tā imundū q̄ō sol illustret reiecto obstaculo. Videmus nāq̄ in magnete cuius virtus naturalis est attrahere ferrum ⁊ semper trahit nisi ferrum oleo inungatur. per quod virtus magnetis impeditur. nec hoc est rōne magnetis. cuius virtus est indifferens ad oē ferrum sed alterius impedientis. Sic deus naturaliter est misericors. ⁊ de natura sua est omnes indifferenter ad se trahere ⁊ clementer recipere. Ūñ ambro. in li. de pe. ⁊ allegat̄ de pe. di. i. c. medicina. ¶ Deus diffinitionē nō facit q̄ misc̄diam suā oībus ꝓmisit. glo. indifferenter quēlibet peccatorem recipit. nisi se peccatis impediat. Est igitur diuina electio predestinatio siue receptio vnius ⁊ nō alterius a libera voluntate diuina. ⁊ ex mera gratia. nullā penitus habens causam. Sua autem reprobatio ⁊ reiectio nunq̄ est sine causa. cū nullus dampnetur nisi ꝓ peccato originali vel actuali mortali. Electio igitur dei est sine meritis sed reprobatio non sine demeritis nec reprobatio facit alicui iniuriam. quod ostendit̄ per exemplum. b. Augu. in li. de p̄destinatiōe sic. Si vnus habet duos debitores. q̄ ꝑm iustitiam tenent̄ sibi satisfacere si exigit ab vtroq̄ debitū. nec illi nec isti iniuriat̄. si etiam donat vni ⁊ remittit ⁊ ab altero exigit. quis sane mētis dicere pōt q̄ faciat iniuriā illi a quo exigit modo ꝓpositum accipiamus in deo ⁊ hoie Nam apostolus dicit. q̄ per vnum hominē peccatum intrauit. s. originale per q̄ō omnes sumus obligati per primum peccatum. Si nunc vni dat ⁊ alteri non. quis potest eum iuste de hoc redarguere. certe nullus. remittit ergo cui vult. ⁊ cui non vult non remittit. hꝫ indurat permissiue. q. ei gratiā non infundit. ¶ Sed cur permittit hominē peccare cuz ꝑ cauere possit. vt nō habeat cām reprobationis. Dico q̄ ideo. quia deus ex sua ꝓuidentia nouit de maximo malo. maximum bonum elicere. ita q̄ non est adeo magnum malum. q̄ō non in magnum bonum conuertat̄. Non enim esset magnum in artifice de bona materia bonum parare artificium ⁊ nobile. sed si ō vili materia preciosum opus faceret. magne foret reputationis. Sic dico q̄ iam deus ex sua prouidentia magnum malū permittit fieri. vt inde bonum magnum eliciat. Haz q̄ lucifer cecidit magnū malum fuit. sed illud magnum malum deus ordinauit ad hoīs creationem lapsuz hominis ad christi incarnatiōez quod fuit summum bonum. ideo dicit greg. in benedictione cerei paschalis. O felix culpa que talem ac tantum meruit habere redemptorem. Ordinauit enim deus malum reprobor⁹ ad quadruplex bonū elector⁹. Primum ad extollendū eor⁹ laudē. si em rōnalem creaturā fecisset inpeccabilē nullus electus esset laudabilis ex eo q̄ nō peccasset. qz nullus laudatur de his q̄ nō sunt in sua ptāte. Iust⁹ nāq̄ nō laudat̄ de silētio. vñ gre. in mora. De⁹

ſūmoꝝ ſpūuz naturā bonā ꝓdidit ſed muta/
bilem vt ſi ſtare nollent ruerent ⁊ qui ſtarent
eo maioris meritī eſſent. Secundo loc ipſuz
ordinauit ad eoꝝ honorem/qz honorabilius
regnum poſſident qui illud habēt ꝑ virtutis
ſue acquiſitōem qz qui ſolū ꝑ electiōem. Si
aūt ſancti fuiſſent ipeccabiles .ſola electione
hūiſſent regnū. ſed iō nūc. qz fuerūt militan/
tes ꝑ ꝓcām matth. xi. A dieb⁹ ioh. baptiſte vſ/
qz nūc. regnū celoꝝ vim patit. ⁊ violenti ra/
piūt illud. Illud aūt honoris ſignū ē. qz nō
coronabit. niſi qui legitime certauerit. Ter/
cio hoc fit ad coꝝ vtutes ꝓſeruandū. qz fm
bern. hūilitas eſt cuſtos ⁊ decor virtutū. Sz
petōꝝ pugna dat interdū ſanctis. nō vt ruāt
ſed vt hūilitas ꝓſeruet. ij. coꝝ. xij. Datus eſt
mihi ſtimulus car. mee angelus ſatḥane qui
me colaphizet. Quarto ad ꝓficiendū coꝝ de
coꝛē. Videm⁹ enī viſibiliter in ſenſib⁹ q vti/
le eſt interdū. vt res deſtruat q meli⁹ repet.
Ita deus aliqñ ſuos ſanctos ⁊ deuotos per/
mittit cadere vt ſanctiores reſurgāt/vñ dañ.
xi. dē de erudīs ruent vt cōflent ⁊ religātur
vſqz ad tps ꝑfinitū. Ita etiā magdalena ruit
ſed poſtea ꝓflata ardore charitatis perfectior
⁊ ſanctior a corruptione ſurrexit. ſic etiā paul⁹
⁊ petr⁹. Quātū uūc ad expoſitionē lēalem et
p̄nuationē text⁹. ē ſciendū q ſicut videmus
famelcentes libenter ſuſtinēt labores. ꝓſide/
ratione q eis ſolenne prandiū pat. Sic ſan/
cta mr ecclia fideles quos ꝑ iſtud ſacz tpus
pñie ad labores arduos ꝓduxit. in bis ne de/
ficiant ſed ꝑficiāt inchoata. prādiū delectabi
le ⁊ gliam interminabilē. ꝑ remuneratiōe ho/
die monſtrat in figura trāſfiguratiōis chriſti
vbi facies eius vt ſol p̄ claritate relucebat. et
fm hoc in preſenti euangelio tres ptes notāt
in qb⁹ qlibz fidelis inſtruit ad vtutes ī quaz
Prima notat mundi vilitas renunciāda
in principio cum dicitur. Aſſumpſit ieſus.
In ſecunda/humana fragilitas relevāda. ibi.
acceſſit ieſus ⁊ tetigit.
In tertia/beatitudinis dignitas deſiderāda
ibi. Leuantes oculos.

¶ Quantū ad primam

ptē ē ſciendū q xp̄s tm̄ tres diſcipulos. ſ. pe/
trū iacobū ⁊ ioannē ſeoꝛſū ab alijs ſūpſit. vt
vt multos oñderet ad gliam vocatos. ſz pau/
cos electos ꝓpter delectatiōes ⁊ gaudia mū/
di. dixit igit illos in mont̄ excelſū ſeoꝛſū vt
cognoſcerent ſe nō poſſe ſaluari in terra. ⁊ in
terrenis. ſed ſolū ad celeſtia elevatos. ¶ Mo F
raliter qui deſiderat in beatitudine xp̄m glori
ficatū videre. mūdū ⁊ oīa terrena oz relinqre
Mā vt dicit pb⁹. v. phi. Termin⁹ ad quē nō
acquirit niſi terminus a q̄ deſerat. Qui em̄
vult ire verſus bir'm/relinquere oz alia loca ī
termedia. ſic qui vult celū adire. mūdū opoꝛ
tet abijcere. ⁊ oīa terrena odire. quia fm bern̄
in floribus ſuis. Sicut vmbra abſcōdit ho/
minē a lumine ſolis materialis. ita iſta mūda
na ⁊ terrena abſcondūt hoī gr̄am ⁊ dilectiōz
dei. Et iō qui vult deū diligere. nec̄e eſt vt di
uitias ⁊ terrena odiat. qui aūt voluerit amare
diuitias ⁊ terrena/nec̄e eſt vt deū odiat. ver/
ba ſūt crik. ſup matth. cui ſm̄ie pulcre alludit
necator vicioꝝ Seneca epl'a. lūj. ad lucillū.
prūpens in hec verba. Nemo alius dignus ē
deo. niſi qui opes cōtēnit. Cuius rō aſſignat
xlvij. di. c. Omnes huius ſeculi dilectores ī
terrenis reb⁹ fortes ſūt ⁊ debiles in celeſtib⁹.
¶ Debemus g̃ mūdū ⁊ omnia terrena tran G
ſitoria ſpnere ⁊ relinquere. quia habent
Infidelitatem in acquirendo:
Inſtabilitatem in retinendo.
Anxietatem in relinquendo.
¶ Dico nāq primo. nō. Mā vt quis bona mū/
di acquirat nō curat pentes decipere/ p̄em ⁊
mem pturbare. Decipit em̄ amicus amicuz
vicinus vicinū. puer. xi. Si'lator oze decipit
amicū ſuū. Sic etiā hodie mechanici ſeipſos
in laboribus ſuis decipiunt. ciues ⁊ burgēſes
p vſurā ⁊ mēdacia diuitias acquirūt. Q̃n p̄s
conſideras ipietatē ciuitatū dixit/vidi iniquita
tē ⁊ ꝺdictionē in ciuitate tota die ac nocte cir
cūdabit eā ſup muros eius iniq̃tas ⁊ labor in
medio eius ⁊ iniuſtitia/non defecit de plate
is eius vſura ⁊ dolus. Et ſpecialiter ibi nota
vſuraz. que vt proch dolor valde communis
eſt chriſtiano ⁊ iudeo. plus hodie chriſtiani
q̃z iudei vſuram rapiunt. Nam iudeus de li/
bra denarium vel duos per ſeptimanam ſu/
mit. m autem falſe chriſtiane vix in ſolido cō
tentaris ⁊ vſuram nomine cenſus baptiſas.
In quo facis ꝓ hoc qꝺ. phibet Deut. xxiij
Non fenerabis fratri tuo ad vſurā. qui g̃ fa/
cit hec admitti non debet ad cōionem altaris
nec ad xp̄ianā ſepulturā vt hē extra de vſu. c.
qz ī oīb⁹/⁊ ibi ſignū maledictiōis ⁊ dāpnatiōis

eterne etiã ciuitas in qua fiunt nisi displiceat
7 corrigat maledicta est vt dr Josue. vi. Ci-
uitas hec anathema ẽ deo 7 maledict9 q edifi
cat eã. vñ mgr. iij. sen. di. xxxvij. c. iiij. Cõmo
da fratri tuo 7 accipe qđ dedisti. 7 nihil super
fluũ q̃ras. qz supabũdantia. s. ex pactõe ĩ vsu
rã ꝓputaf. Est eñ vsura vt ait augu. cũ quis
plus exigit in pecunia vel qualibet re q̃ acce
pit. Jtẽ hiero. putãt aliqui vsurã eẽ tm̃ in pe-
cunia. sed intelligãt vsurã vocari supabundã
tiã. s. q̃cq̃d ẽ si ab eo qđ dederit plus ẽ. vt si ĩ
bieme dem9. x. modios. 7 in messe. xv. recipi
mus. 7 iõ dr in cano. xiiij. q. iij. vsura q̃ vsu-
ra est q̃cquid sortẽ excedit. vel qđ vltra sortẽ
exigit sub spe lucri. ¶ Sed q̃rit̃r an in aliq̃
cãu licitũ sit etiã sine vsura vltra sortẽ accipe
Et videf q̃ nõ. Hz hosti. 7 alij doctores iu-
ris dicunt q̃ in tribus casib9 liceat. Primo
si gratis aliq̃d daf a debitore. 7 a pncipio cre
ditor sine aliq̃ spe mntauit licite recipit. vt
dr extra de vsu. ꝓsuluit. nã iuxta glo. sup verbo
spantes licitũ ẽ etiã aliq̃d sperare. s. seruitium
vel tale saltẽ secũdario. qz q̃libet naturaliter ad
antidota obligaf. ff. de petitõe hereditatis. l
sed 7 si. §. ꝓsuluit ibi dr super illo verbo obli-
gauerint in glo. q̃ ois creatura mouef ad bñ
faciendũ ei qui sibi bñfacit. 7 talis obligatio
ex instinctu nature ꝓcedit. ¶ Secũdo q̃n illud
vltra pcipit. vt interesse. exẽplũ fideiussor re
cipit ad vsuras sortẽ solutã creditori cũ ei ob
est quãtũ petit. 7 sic nõ est lucr̃ notaf extra de
fideiussoribus. c. quenit. ¶ Tertio q̃n debitor
nõ soluit in termino assignato. 7 accepit dam
nũ ex eo. Exemplũ vendo tibi fundũ meũ. sez
domũ vel aliã habitationẽ certo p̃cio vt infra
certũ tps mihi soluas. si non satisfacis. lapso
termino potero vsuras petere. cũ fructus rei
vendite tuos facias. 7 mihi tñ nihil soluisti.
C. de vsu. l. ij. Hoc tñ intelligas. q̃n intereẽ
s. dãnũ est intra rẽ. vel cũ petit cã dãni 7 non
lucri captandi. vt si optuit q̃ ego recipem pe-
cunias ad vsurã. illas posset petere cã dãni
7 nõ cã lucri ¶ Secõ mundus 7 oĩa terrena
hñt instabilitatẽ in retinẽdo. Eñ iaco. Trã-
sit mund9 7 cõcupia ei9. nã nõ est potẽtia. nõ
glia. nec diuitie q̃ pñt diu pmanere. tristitia
vertit̃ in letitiã. letitia in mestitiã. 7 qđ imũ ẽ
eleuaf. 7 altũ supprimit̃ 7 figuraf in rota for-
tune. quare boeti9 li. ij. de ꝓso. ꝓsa scõa in per
sona ipius fortune sic dicit. Nos ad pstãtiam
nr̃is moribus alienã inexpleta hoĩm cupidi-
tas allegauit. q. d. mũne. Nã hec nr̃a vis est
hũc ꝓtinuũ ludũ, ludim9. rotã volubili orbe
versam9. infima sũmis. sũma infimis mutare
gaudemus. Et paucis interpositis subiũgit
opes. honores. ceteraq̃ taliũ. s. rex̃ mei iuris
sunt. dñam familie cognoscãt. mecũ veniunt
me abutente recedunt. hec ille. Sup q̃ passu
q̃dã ꝓpositor metrice sic dicit. Ẽ ego fortu-
na si starem sorte sub vna. Et nõ mutarer nũ
q̃ fortuna vocarer. Et iõ quidã talẽ descripti
onẽ fortune visus ẽ formare. Fortuna mũdi
alis vultũ hz mulieris pulcr̃ 7 apparentem.
odorẽ hz speciẽ cũctos allicientẽ. corp9 hz
anguillar̃. 7 alas aquilar̃ caudã insup draco
nis 7 motus vespertiliõis. Jlla descriptio sic
põt apparere. Fortuna mundialis blandit̃ 7
decipit. 7 sic facies mulieris sentit̃ 7 attrahit
sic odores speciẽ 7 qz diu durare nõ poterit
hz corpus anguillar̃ 7 qz a volatu nõ desinit.
alas hz aquilar̃. dũ luci inuidet mor9 hz vesp
tilionis. q̃ circa cãdelas volitat. sed dũ quẽq̃
mors obsidet caudã hz draconis q̃ morsu vi
tã terminat. ¶ Tertio mund9 hz anxietatẽ
cẽ. Nã quãto aliqua sũt cariora in possessiõe
tãto amariora in amissione. tpalia igit̃ vt est
domus familia q̃ p̃ cũctis hoĩes diligũt 7 ad
mãt. dũ p mortẽ auferunt̃ animũ hois ĩmor
te cruciant 7 anxiant. cũ nihil hoĩ secũ defer
re queant. vñ ps. Dormierũt sõnũ suũ 7 ni-
hil inuenerunt viri diuitiar̃ in manib9 suis.
vñ recitaf fabulose qđã vetus palacium re
spondisse cuidã poete deplorantis eius des
lationẽ in poetria aresto. in his verbis. Do-
mus egregia ꝓpũgor ad lachrymas. tuã imm
ens solitudinẽ. at illa ꝓtremuit cõpassa mihi
ꝓpter multitudinẽ lachrymar̃. cui inquit vbi
sunt q̃so q̃ quondã te inhabitauerũt. iocũdã
vitã cũ securitate 7 tpis amenitate duxerunt
Ac illa tpales inquit exĩtes tpaliter cum tpe
transierũt. iocũdã vitã 7 me quoq̃ sub sorte
tpis transitoriã dimiserũt. res nẽpe nec stabi
les q̃ cũ fluxibus tpis fluxibiles fluũt Hec re
spõsio bñ palacij cõcordat huic respõsioni
ioh. Trãsit mun. 7 ꝓcu. ei9 qđ exponẽs aug.
dicit. Ecce inq̃t mũdus transit 7 ꝓcupiscẽtia
eius. Quid vis g̃ vel amare tpalia. 7 transi-
re cũ tpe an xp̃m amare 7 ineternum viuere
rex̃ tpaliũ fluuius trãsit. sz tãq̃ iuxta fluuiũ
nata arbor est dñs xp̃s. rapis in p̃cepsteneli

gnū. voluit te amor mūdi tenere xp̄m. q̄ si ama
ris illā miseriā fluidāq̄ vitā. vbi cū tanto la/
bore viuis. q̄to magis amare debes illā vi
tam eternā. vbi nullū dolorē sustinebitis.

Secunda pars in qua

notat fragilitas hūane nature. q̄ a deo est su/
stentāda ⁊ releuanda ibi accessit ihesus ⁊ teti/
git eos. di. surgite. Moraliter q̄uis hō faci/
li impulsu aut carnis aut mūdi aut diaboli. p̄
sensū actus inordinati cadat a deo per se ex
fragilitate hūane nature p̄ se resurgere nequit
nisi tangat a deo ⁊ sustentet. sicut videm⁹ de
cadente in foueā p̄fundā. nisi admittet ⁊ tra/
hat ab alio p̄ se exire nō p̄t. Sic lapsus i pec
catū sanari nō p̄t. nec exire per se. Accedit g̃
xp̄s tangendo ⁊ mutando ⁊ releuat sua gra.
leprosū infirmū. quare dr̃ luc. v. q̄ xp̄s lepro
sū. i. peccatorē tāgendo mūdauit. vt cōsideret
q̄ largitate diuine gratie peccata emundant
vnde de pe. di. i. §. hic etiā lazar⁹ leprosus tā
git cū respectu diuine pietatis mēs p̄cōris illu
strata p̄ūgit. Accedit g̃ deus hoīez tāgēdo.
Per secretā inspirationē vt eū excitet.
Per vberē largitionē. vt eū remuneret.
Per severā indignationem. vt eū puniat
Dico nāq̄ primo q̄ deus accedit hominē se
cret⁹ inspirādo. q⁹ ipe ē sicut p̄siliarius secre
tus qui p̄ gram interius inspirat p̄ceptus bo
nos ⁊ p̄mosos actus. di. illud exo. xx. Mentā
ad te ⁊ bñdicā tibi. Nā sic radius exit a fa/
cie ⁊ trāsiens ad speculū imaginē ibi intuētis
creat. Sic radius diuine gre a deo ad hominis
mentē accedit. ⁊ ibi suā imaginē sanctā creat
⁊ repūtat ⁊ mentē in suā similitudinē ⁊ imaginē
trāsfigurat genē. i. Faciamus hominē ad ima
ginē ⁊ similitudinē nr̃am. Nā illa trāsfiguratio
imaginis dei causat⁹ ab amore diuino. Mēs
ens deuota lumine diuine gre illustrata intue
tur clare pietatē ⁊ iusticiā dei. Cōsiderando
etern dei iustitiā ⁊ p̄prīā impietatem. inspirat
menti hūilitatē ⁊ timorē. sed respiciendo dei
pietatē inspirat spem. ⁊ statim hō cadit i amo
rem. sed calescente amore nihil refutat aman
tis amorem adiplere. Omnia tūc suffert. oīa
sustinet. q⁹ amāti nihil est difficile. ⁊ quantū
p̄t se in omnibus amāti assimulat. ⁊ tunc hō
portat dei imaginem. Vñ hugo de arra aīe lo
quens d̄ amore diuino. di. Scio aīa mea di
lecta. q̄ amor vita tua est ⁊ quicq̄d diligis ea
vi dilectiōis in eādē imaginem vel similitudinē
trāsformaris. si rosā diligis. similitudinem rose
recipis. si deū nō dico q̄ deus eris sed deifi/
caberis. Q̄z diceres nō possū ista similitudinez
intelligere. Rñdeo p̄ exemplū valde sensibi/
le. Accipe ferrū nōdū ignitū illud est diffor/
me ⁊ frigidū nullius actiuitat⁹ q̄z posteaq̄ ignis
in p̄po recipit. statim in ignis similitudinē trans
format. in claritate ⁊ actione. sic suo mō est d̄
anima. Secōo deus accedit ⁊c. Nā deus ac
cedit ad hominē p̄ vberem affectū remunera
tiuū. Et d̄ est q̄n deus mouet ad hominez p̄
mouendū. ⁊ tēpaliter ⁊ eternaliter extollen/
dū. Calor em̄ naturalis solaris descendēs in
ferius ad vapores. ip̄os assumit ⁊ sursum ele
uat. ⁊ extollit ⁊ nubes ⁊ hmōi eos vertit. sic
feruor diuine charitatis q̄nq̄ respicit ad ho/
minem ⁊ eū tp̄aliter exaltat ⁊ etiam q̄nq̄ ip̄um
eternaliter ditat. Vñ ip̄e est q̄ dicit illō ioh.
xiiij. Mentiā ⁊ accipiā vos ad meip̄m. Q̄z n
quare nō oēs equaliter accipit ⁊ respic vnū
sicut aliū. Dicūt quidam. q̄ hoc fit ex p̄te dei
originaliter vt in tali inequalitate p̄fectio dei
magis oñdat⁹. ⁊ virtus diuinitatis magis p̄/ No
pendat⁹. Nā sm̄ plm̄ opposita iuxta se posita
magis elucescūt. sicut nigr̄ cum albo. imago
pulcra iuxta deformem magis oñdit pitā ar/
tificis. Sic suo mō de deo. si em̄ omni homi/
ni gram in sūmo cōicaret. nō esset gradus in
hominibus rone p̄fectiōis vel imp̄fectionis.
Alij dicūt q̄ illa inequalitas sit ex p̄te recipi/
entiū. p̄pter diuersas dispositiones hominū. ⁊
ad hoc adducūt exempla. Primo de radio so
lis qui de se attingit materiā liquefactibilem
vt cerā ⁊ liquescit. ⁊ idem radius materiā in/
durabilem attingit vt lutū ⁊ indurescit. Con
stat tñ q̄ eodem mō se hz in opatiōe ad vtrū
q̄z sed ip̄a recipientia aliter ⁊ aliter dispositā.
radiū nō equaliter recipiūt. ⁊ iō nō efficit idez
in vtroq̄z p̄pter varias dispositiones. Eodem
mō deus quātū est de se. vno mō se hz ad om
nes creaturas equaliter illuminās omnez ho
minem sm̄ suā dispōem. Aliud exemplū de
stellis vbi vna differt ab alia in claritate. q⁹
nō est a sole simp̄r qui lumen indiminuter effun
dit nō tñ eq̄liter suscipiūt p̄pter inequalem di/
spōem. sic d̄ sole iustitie q̄ p̄p̄ vicinitatez pl⁹
respexit aīam xp̄i q̄z als. ⁊ pl⁹ mariā q̄z petrū.
Tertio accedit deus p̄ respectū puniti. ⁊ p̄
severā indignationē. q⁹ sic monis lapidis est

deorsū ad terrā descendere. ⁊ eā pcutere ¶ Sic mot⁹ diuine iusticie tendit ad hominē terre/nū ⁊ pctōrem q̄ se emendare nō vult. vt ipsum tribulatiōib⁹ corrigat ⁊ conuertat. di. illud. i. cor. iiij. In virga veniō ad vos. Nullū enim malū via iusticie manet impunitū. ¶ Boe. de cō/so. deus em̄ qui ē iust⁹ iudex vel hic in mūdo mala nīa aduersitatib⁹ punit ⁊ corrigit vel in purgatorio venialia hic nō deleta vel in infer/no mortalia eternaliter cremat. ¶ Sed vi/dē q̄ de⁹ iniuste mortale momentaneū eter/naliter puniat. cū delectatio pcti mortalis ci/to ⁊ raptim transeat. Dico q̄ hoc iuste fit. et hoc ꝓpter duo. Nā quātomaior est ille qui of/fendit̄. tanto maior est etiā offensa. ⁊ offēdēs grauius puniend⁹. vt habet extra de excess. p̄/lato. tanto in glo. Qui em̄ ep̄m offendit pl⁹ ⁊ grauius peccat. q̄ꝫ qui simplicē. ⁊ plus qui clericū q̄ꝫ laicū. magis ⁊ maxime qui papam vel impatorē vel principē. qđ est crimen lese maiestatis. qđ etiā sine pena magna non di/mittit̄. imo pena capitis punit̄ ſm leges. Cū ergo de⁹ oīs̄ principes papā ⁊ regē excedat in infinitū. qui eū offendit p̄ pctū mortale. in finite offendit. ⁊ ergo dign⁹ est punitiōe infi/nita q̄ ē mors eterna. Secdo q̄ꝫdiu durat cul/pa tādiu debet infligi pena ſm greg. iiij. dia/lo. in infinitū durat culpa. q̄ mali ad ll̄ semp vellent viuere. vt semp possent peccare licet em̄ act⁹ peccati mortalis sit finit⁹ ⁊ quasi mo/mentaneus. tū q̄ in voluntate puersa pecca/tor est talis infinitas. s. semp velle peccare. iō de⁹ iuste tales infinite ⁊ eternaliter punit. vt ꝑ tali mō p̄ eternā punitionē. de⁹ nō accedat ⁊ tāgat hō de pctis surgere dz ⁊ oculos men/tis solū in deum leuare. nē.

¶ Tertia pars in qua no

tat̄ dignitas ⁊ suauitas beatitudinis summe desideranda ibi. leuātes oculos. Pro q̄ no/tandū q̄ qñ nubes lucida q̄ ſm doctores spi/ritus sanct⁹ extitit i forma nubis apparēs xp̄m circūdedit. discipuli audientes vocē de nube dicentē. hic est filius me⁹ dilect⁹. potuissent errasse in his tribus p̄ q̄ fuisset ꝓplata. de moi si. an helia vel xp̄o. Iō xp̄s eos certificando dispensubus alijs duob⁹ solus cora ocul' eor/ remansit. ¶ Moraliter est sciendū. q̄ sic vi/dem⁹ q̄ inter oīs̄ sensus visū magis diligi/mus. Cui⁹ rō p̄ plm̄ in li. de sensu ⁊ sensato assignat̄ q̄ visus multas rer̄ differentias no/bis demonstrat. Vñ cū angel⁹ Raphael to/biā stercore hyrūdinū excecatū salutaret di. ei. Gaudiū tibi sit semp. Rñdit tobias. qua/le gaudiū est mihi. dū in tenebris sedeo ⁊ lu/men celi nō video. Tob. v. Et cec⁹ quesit⁹ a dño q̄d vis vt faciā tibi. dixit dñe vt videā. Mar. x. Dz g̃ q̄ visū p̄ cunctis sensib⁹ dili/gimus. Cū igit̄ tota merces nīa ⁊ vera beati/tudo originaliter cōsistat in clara dei visione ⁊ in saluatore nr̄o iesu xp̄o. iuxta illud Joh. xvij. Hec est vita eterna vt cognoscāt te deū p̄rem. ⁊ quē misisti iesū xp̄m. Visio illa ī qua videbim⁹ deū facie ad faciē erit multū dele/ctabilis. dulcis. melliflua ⁊ gaudiosa intātuz q̄ si hō a tpe primi hois vsq̄ ad extremū iu/dicii oēs passiones hominū sustinuisset. si fo/ret possibile vnico intuitu sibi esset satisfactū Nā tāta erit delectatio in illa visiōe. q̄ si mū/dus tot⁹ eēt aure⁹ ꝓ toto mundo ad vnicum ictū nō auerteret oculos. Ibi ſm mgīm. iiij. sen. di. xlviij. q̄cquid amabit̄ aderit. nec de/serabit̄ q̄ nō aderit. Et oē q̄ ibi erit bonū erit. ⁊ sūmus de⁹ ⁊ sūmū bonū erit. ⁊ q̄ est oīno beatissimū. ita semp fore certū erit. De hac beatitudine ⁊ glia pōt exponi illa auctori/tas quā dixit regina saba salomoni videns eius magnificentiā. ij. palip. ix. Beati sūt ser/ui tui qui assistūt cora te oī tpe. ¶ In quib⁹ verbis ostenditur beatitudo consistere in tri/bus virtutibus contra. iij. mundi defect⁹. scz In subiectione contra mundi p̄sumptionem In dilectione contra mundi dissensionem In duratiōe cōtra mūdi corruptionē. Dico primo q̄ hñt subiectiōem q̄ nō ꝓturbat̄ q̄ ser/ui tui. Sic em̄ res corpales hūt int̄ se ꝓpriā subiectiōem. q̄. s. oīa inferiora obediunt pla/netis. planete in suis motib⁹ firmamēto. Fir/mamentū aūt mouet̄ ſm influentiam celi cri/stallini ſm astrologos. Sic karissimi in pacti/so celesti ē pfectissima subiectō. q̄ tota curia celestis sic ordinata ē p̄ grad⁹ ordines ⁊ stat⁹ le/giones ⁊ distinctiones. q̄ sine aliqua ꝓdictione hz pfectissimā subiectiōem. q̄ sibi nunicē ſm varios grad⁹ angeli ⁊ hoīes famulant̄. ⁊ tan/dem oēs piter subsunt ⁊ obediunt creatori iō dicitur serui tui. Oīs̄ em̄ seruiunt deo. ⁊ q̄/libet cōtentus est de statu suo. ⁊ condītione ⁊ gradu. Vñ. i. Matth. viij. Omnes obediūt vni ⁊ zelus ⁊ inuidia non est inter eos. et de

talibus seruis loquitur scriptura. Apoc. xxij. Serui eius seruient ei ⁊ faciem eius videbunt Sed proh dolor nō est sicī eccl'ia militāte vbi nulla est subiectio. sed tota plūptio. Quoderni nō q̄rūt seruire sed pīrenō famulari sed dominari. nō obedire sed obstinate ⁊ friuole prelatis ⁊ supiorib⁹ ꝯtrepvbi modo ē monach⁹ monialis vel religiosus qui obediat supiori sine murmure, vbi secularis qui ad p̄ceptū rectoris inuoluntariū expediat sine ꝯdictione. hodie, p certo in multis ē tanta plumptio ⁊ obstinatio q⁹ nec deo nec plato nec rectori velint seruire. imo nec obedire. De quib⁹ dicere. dē. ij. Locutus sū tibi in babūdantia mea. et dixisti nō seruiā. Sed nō sic karissimi. q⁹ nisi veri obedientes fuerimus. ⁊ platis seruiam⁹ ⁊ supiorib⁹ hic in mundo, ꝓpter xpm in humilitate cordis. in celis vbi seruire regnare ē nūc̄ poterimus deo seruire. Vñ dñs loquit' ysa. lxv. de seruis suis ⁊ seruis mūdi dicens. Ecce serui mei bibent ⁊ vos sicietis. ecce let'i mei letant' ⁊ vos cōfundemini. Secdo dico q⁹ in beatitudine ē dilectio sine dissensiōe q⁹ oīa dit' in eo q⁹ dicit' assistūt coram te. q⁹ sancti semp assistūt deo. ⁊ sunt ꝓpinqui sibi ⁊ ipe eis p nimiuz amorē. Nā sicut stelle in celo sunt sibiinuicē ꝓpinque. ⁊ firmamēto semp assistūt q⁹ in eo sūt fixe ⁊ mouēt motu firmamenti sine cessatiōe. sic beati in p̄tia sibiinuicē sunt ꝓpinqui p mutuā charitatē ⁊ firmamento. s. deo sp assistūt diligendo. ꝓtēplādo ⁊ se p dilectionē ei firmiter figendo. ipsiq⁹ ꝓinue sequendo. ⁊ voluntatē ꝓpriā fm volūtatē eius regulando ⁊ obediendo. sūt em̄ intantū voluntati diuine ꝓformati q⁹ videntes p̄ctem mēm filiū vel filiaz in inferno maxima pena cruciari. nō ex hoc dolent. nec misereantur nec cōdolent. q⁹ aliter nō eēnt pfecte beati. ex quo em̄ deus vult. vt aīe ibidē patiant'. aīe in celo nō p̄nt aliud velle. Cōpassio em̄ nō est sine passione. sed nulla passio est in patria Sed dicis, sic sūt aīe saluate sine omni misericordia. q⁹ nō cōpatiunt' suis pentib⁹? Dico q⁹ habēt misericordiā quātū ad esse suum. ⁊ quātū ad opari. ⁊ nō quātū ad istos. q̄ non sūt misericordie receptibiles. Clident g̃ penā illoz cū gaudio. q⁹ q⁹ illā penā magnam euaserunt. De ista assistentia pōt dici illud. zach. iiij. Isti sūt filij splendoris tui. qui assistunt dñatori vniuerse terre. Deus sic nō ē de nobis in hō mūdo q⁹ nō possum⁹ ꝓpari stellis fixis sed stellis erraticis q̄ in firmamēto nō fixe sed ꝓ firmamentū mouent'. nec sibiinuicez sūt ꝓiūcte. imo vna ab alia pessime ⁊ elōgissime separ'/sicut sol ⁊ luna q̄ in plenilunio totaliter opponunt'. sic nos sumus erratici. q⁹ in multis erram⁹. Nā quilibet errat in statu suo nec sumus fixi firmamento. s. deo p bonū p/positū. ⁊ rectā voluntatē. sumus remoti p inimicitiā p diuersas irrisiōes rixas ꝓtēsiōes. p magnas iniurias. fraudes ⁊ deceptiōes vn⁹ ꝓriat' atq⁹ opponit' alteri. sic nō sūt sancti ī patria nec tales ee dīnt qui cupiunt eis collocari ⁊ adherere. ipsi em̄ habēt pfectā dilectiōz ⁊ amorē. Vñ p̄sper de vita ꝓtēplativa dicit. Erit inquit in vita illa intellect⁹ sine errore. memoria sine oblīuione. cognitio sine, p̄uaricatiōe. charitas sine sil'atiōe. sensus sine offensione. Tertio dico q⁹ btūdo ꝓsistit in duratione ⁊ ꝑpetua p̄manentia ꝯ mūdi corruptionē ⁊ instabilitatē. q⁹ dē q⁹ ibi seruiēt oī tpe i. sine fine. Nā fm Isiō. in hibernia ē quedā insula. vbi boies nūc̄ moriunt'. ⁊ ē ibi insula alia in qua corpa nunc̄ corrūpūt'. Sic ve est ille padisus celestis. q⁹ beati qui ibi sunt nō incurrūt mortē. infirmitatē nec corruptionem imo omni tpe semp viuunt ꝑmio non esuriunt nec̄ sitiunt. De q̄ arest. lumine naturali eleuat⁹ loquens dicit primo celi. Extra celū nō est temp⁹. nec loc⁹. nec vacuū. sed ibi sunt entia inalterabilia. impassibilia optimā vitā ducentia quā toto eterno pficiunt. Et p̄sper de illa imortali duratione dicit de vita cōtemplativa. Erit ꝑpetua incolumitas sine debilitate. salus sine dolore. vita sine morte. facilitas sine impedimento. securitas sine fastidio. ⁊ perfecta sanitas sine morbo. hec ille Sed proh dolor non est sic in mundo. vbi nulla est duratio sed tota corruptio. non eternitas sed instabilitas. non fortitudo sed fragilitas non pulcritudo sed turpitudo. non securitas mortis sed incertitudo temporis. Instaz instabilitatem. corruptionē ⁊ incertitudinem mortis deberet quilibet i corde pensare. ⁊ se ad talez statū ordinare. vbi nec mora mortis nec instabilitate tpis posset vita eterna p̄uari. Sic legit' in li. histo. de filio cuiusdam nobil' vnico. q⁹ intrauit religionē vt deo fuiret ad quē venit p̄ vt eū vi extraberz. cui filius p̄ si vnā abstuleris ꝓsuetudinē ꝺ terra tua q⁹

ibi ẽ redire cogor ad seculū ⁊ pẽ q̃ tñdit filiꝰ. In terra tua est q̃ tãcito iuuenes moriunt̃ si cut senes. Juuenis igit̃ licet sim mori timeo. vitã pdere eternã. Cui pẽ nolo fili. q̃ ad secu lum redeas ⁊ me sequaris. ꝫ ego sequar te. et vitam eternam possideam.

¶ Feria secunda post Reminiscere

EGo vado et que retis me. ⁊ in pctõ vño moriemini. Joh. viij. ¶ Vbs dicit q̃ inter alia vicium ingratitudinis pessimũ ẽ. Ũñ Seneca in li. de beneficijs. Nullũ bñficiũ dandũ est negli genti. imo bñficiũ datũ auferendũ ẽ. Ũñ ca nõ ⁊ leges dictãt extra de dona. c. vlt. ⁊ xij. q. ij octaua discussio. ⁊ C. de reuocãdis donatio nibus. l. vl. q̃ ingrati pñt priuari gra sibi con cessa. puta si ex ingratitudine iniuriant̃ dona tori inferendo violentas manꝰ aut atrocẽ in iuriã intulerint vulnerando fustibus cedendo vel graue damnũ rez suaꝝ. vel piculũ vi te inferre psumpserint. vel si cõditionẽ appositã nõ impleuerint. Jtã accidit casus q̃ quidã epus abbati sancti Ansberti magna ⁊ pinguia beneficia cõtulit. tali iuramento ⁊ fide. vt domino suo epo fideliter seruiret. qui ꝺ faciens cõquestũ ẽ dño Honorio pape. de ipius abbatis iniuria. mandat papa. ex quo iste ingratus fuit ꝺ epm suũ a quo bona beneficia habuit. q̃ ab eccl̃ia sua ⁊ beneficijs ppetuo abscindatur. Dic ad ꝓpositũ q̃ dñs deꝰ donatoꝛ omnium bonoꝝ pplo iudaico quasi pplo electo ⁊ dilecto multa ꝓtulit bñficia ⁊ grãs. puta electionis in peculiarẽ pplm. ꝓtectiõis ꝺ aduersariũ. cibatiõis in deserto. ⁊ eductiõis de egipto ipsi tñ semp vt ingrati nõ cessantes atroces iniurias ei inferre. beneficioꝝ oblitione idoloꝝ adoratione. ⁊ tandẽ filij sui mortificatione. merito omnibus gratijs sunt priuati ⁊ ad mortez eternã iudicati. quã mortẽ christꝰ eis pdixit ⁊ causaz notauit di. Ego vado. ⁊c.

¶ Queritꝫ an iudeꝰ qui vt cõiter moriuntur in sua pfidia debeat sustinere ⁊ defendere sancta mater eccl̃ia. ⁊ videt̃ q̃ nõ. Joh. xv. Si quis in me nõ manserit. mittet̃ foras sic̃ palmes ⁊ arescet. ⁊ colligent eũ ⁊ in ignẽ mittent ⁊ ardet. Jtẽ ꝛm leges. oẽs heretici sunt de ciuitatibꝰ expellendi ⁊ vltimo supplicio tradendi. nec aliquid loco eis relinquendũ ẽ. q̃ etiam ipis elementis q̃ eos fit iniuria. C. de hereticis. l. arriani. ⁊ qõ de hereticis dr̃. etiã de iudeis tenendũ ẽ. q̃ vbi par ẽ rõ. par ꝺ esse iudiciũ. xxxij. q. i. apud. ⁊. ff. ad. l. aquiliã. ad illud. Cõi mater eccl̃ia. nõ est mr̃ seueritatis sed pietatis. ⁊ ideo ꝺ potius expectare inde oꝝ ꝓuersionẽ q̃ festinare ad eoꝝ dãnationez xlv. di. qui sincera. Dico q̃ mr̃ eccl̃ia que est mater misercõie ⁊ pietatis nullũ refugientẽ despicit. sed oñs ad ꝓtectiõis gremiũ clemẽt suscipit ⁊ ꝓuersionẽ eoꝝ expectat. Sed q̃ indeos nolentes pfidia redire ad gremiũ mr̃is eccl̃ie sustinet ⁊ nõ hereticos est triplici ꝺ cã. Primo in penã dãnatiõis sue. viuunt em̃ iudei in grauissima miseratione subiectione miserabili seruitute. ⁊ multiplici erũna ⁊ miseria in penã ⁊ vindictã ⁊ hec durabit donec sciãt ⁊ cognoscãt q̃ deꝰ dñabit̃ Jacob ⁊ finiũ eꝝ quisq̃ ꝓuertant̃ ad vespas. i. cognitionẽ veri luminis ⁊ xpi. Ũñ vt habet̃ extra de iudeis ꝓsuluit in glo. i. Cõstantinus impatoꝛ ꝓter mortẽ xpi subiecit iudeos huic miserabili seruituti ⁊ eccl̃iam ad honorẽ dei multis libertatibus dotauit. ¶ Secꝺo ne memoria sancti pat̃ ⁊ spealiter passionis xpi extinguerez vt q̃n oculis eos inspicimus ⁊ adhuc eoꝝ maliciã videmus ⁊ ptinaciã cogitem̃ q̃ ipsi sunt quoꝝ pres sancti abraã. ysaac ⁊ iacob et alij. ꝓphete ex eoꝝ genere xpm filiũ dei icarnãdum. crucifigendũ ⁊ moriendũ. figuris ⁊ auctoritatibus ꝓnunciauerũt ⁊ quoꝝ pdecessores xpo mortem intulerunt. Tertiũ ne pactũ dei irritet̃. nã Moises dixit iudeis. vt habet̃ Deut. iiij. Qꝰ si patrãtes malũ coram dño deo vño. vt eũ ad iracũdiam ꝓuocetis. testes inuoco celũ ⁊ terrã cito pibros vos de terra quã trãsito iordane possessuri estis. nõ inhabitabitis in ea longo. sed delebit vos dominus atq̃ disperdet in oñs gentes ⁊ remanebitis pauci in nationibꝰ. ad quas vos dñs ducturus est. ⁊ sequit̃. nõ tñ dimittet te. nec delebit te oino. ¶ Sed dicis ex q̃ nolunt conuerti sed in pfidia ꝑmanere. an sint cogẽdi ad fidẽ ne moriant̃ in pctis eoꝝ. Dicendũ q̃ nõ sunt cõpellendi. qz ẽm aplm coacta seruitia deo nõ placent. Ũñ xlv. di. de iudeis sic dr̃. De iudeis aũt precepit sancta synodus. nemini deinceps ad credendũ vim inferre. cui em̃ deus vult miserez ⁊ quẽ vult indurat. nõ em̃ tales inuiti saluandi sunt. quia nullus invitus fit bonus. sed volens. Sicut enim bõ

scribitur adhuc

scz adã ꝓpria arbitrij volũtate serpenti obedi/
ens ꝑpt. sic vocãte se gra dei ꝓprie mentis cõ
uersione quisqz credendo saluaꝫ ḡ nõ vi. sed
libera arbitrij volũtate ⁊ facultate. vt ꝙuertã
tur suadendi sint. ⁊ nõ vllo mõ ipellendi. de
bẽt eĩm auctoritatib⁹ rõnibus ⁊ blandimẽtis
ꝛ. ꝓmissiomb⁹ ⁊ munerib⁹ ad fidem ꝓuocari
lium. an inuitis pentibus sint baptizãdi. Re
spõdet. s. tho. ꝙ simplr nõ licet pulos eorũ
ipis inuitis baptizare. sed qñ ad ãnos discre/
tionis ꝙueniunt ꝑñ fidẽ suscipe. etiã pentib⁹
inuitis. Dicit etiã ibidẽ doctor. ꝙ ꝙuenido
maximã hz auctoritatẽ. q̃ semp est in omnib⁹
imitanda. hoc aũt ecclie vsus nunqz habuit.
ꝙ iudeoꝝ filij inuitis pentib⁹ baptizarentr qz
qz aliqñ fuerint principes potentissimi quib⁹
familiares fuerũt sanctissimi epi. vt silvester
ꝙstantino ambro. theodosio. qui nullo mõ hec
ꝑmisissent ab eis impetrare. si hoc ceẽt ꝙsonũ
rõnis. Et tõ piculosũ videt hãc assertionẽ de
nouo inducere. vt iudeoꝝ pueri inuitis pen/
tibus baptizarentr ꝓpter duo. Primo ꝓpter
piculũ fidei. qz baptizamus añ vsũ rõnis de fa
cili ad psuasionẽ pentũ puertet. Scõo quia
filius añ annos discretionis. fm natũralẽ in/
stitã dz eẽ sub cura pentũ. hec tho. in quadã
questione de q̃libet. ꝛc. ¶ Quantũ ad ex/
positionẽ lralem ⁊ ꝓmunationẽ euãgelij ẽ no/
tandũ qz sancta mr ecclia solicitã curã hns de
filijs suis p istud sacz tempus eos a malis re
trahendo. ⁊ ꝑfectũ virtutis ꝓuocando aliqñ
obsecrat. vt ꝓuocet. aliqñ munera promittit
vt alliciat. aliqñ penas ꝓminaꝫ vt timorẽ in/
cutiat. Et tõ sicut heri ꝓmisit munera btũ/
dinis vt alliciat. sic hodie minaꝫ. mala vt ti/
morẽ incutiat. ⁊ fm h tres sunt ptes euãgelij
In prima ponitur dura ꝓminatio ibi In pec
cato vestro. ꝛc.
In secũda stricta christi examinatio ibi Mul
ta habeo vobis loqui. ꝛc.
In tertia determinata christi passio ibi. Si
exaltatus fuero. ꝛc.

¶ Quantũ ad primam ptẽ est notãdũ. ꝙ cũ mali ⁊ obstinati vt pluri
mũ retrahanr a malis opib⁹ cõminatiõe ma/
gis qz ꝓmissione. plus timore qz amore. Jõ
xps cogitans pharisẽos obstinatos in mali/
cijs. cũ nollẽt suis rõnibus assentire. nec pro/
missiones aduertere. terret eos cõminatione
di. Ego vado. s. voluntarie p passionẽ ⁊ mor
tem ad pẽm. ⁊ quereris me. s. post mortez in
vra destructione ad liberationẽ. sed ꝓpter in
credulitatem ⁊ obstinationẽ in pcto obstina/
tionis moriemini ¶ Moraliter est notandũ B
ꝙ inter oĩa delectatio maxime hoiem trahit
sive ad bonũ sive ad malũ. ita fortiter etiã qñ
qz ligat ad delectabile. ꝙ nec cõminatiõe nec
ꝓmissione solui possit. sicut pz in filio capto.
Et iõ pbs docet. ij. ethi. ca. vij. ꝙ a delectati
onibus ⁊ delectabilib⁹ maxime ẽ cauendum
⁊ ꝙ debemus nos ad ea habere. sic senes ple/
bis troiane se habuerũt ad helenã. qui visis
malis ciuitati iminere ꝓpter eã. iudicauerunt
eã esse abijciendã. Sic etiã cõsideranda ẽ de
lectatio an sit bona vel mala. si bona tenenda
est. si mala anteqz illa queat ⁊ ad mortẽ indu/
cat abijciẽda ¶ Cñ delectatio sive cõcupia ẽ C
gñale viciũ a q̃ oĩa mala oriunr. Trahit eĩm.
Quosdã ad presumptionem per excessum.
Quosdã ad desperationem p defectum.
Quosdã ad dilectiõem p directũ. Dico pri
mo ꝙ delectatio sive ꝙcupia q̃sdã trahit p ex
cessũ ad psũptionẽ. ⁊ ad mortem eternã. Ille
cũ aliquis in suis factis nimiũ delectar acqui
rit spem imoderatã alicuius boni possibilis.
Et hoc põt fieri dupliciter. Aut p ꝓpriã virtutez
qz de ꝓpria virtute tm cõfidit. ꝙ nimiũ exce/
dit ꝓpriã facultatẽ. Sic quidã psumũt loqui
⁊ fabulari de magna scia ⁊ nouis inuentiõib⁹
pferentes se pdecessoribus suis. ad hãc spe/
ciẽ psũptiõis vr posse referre illud eccl. xxxij.
Audi tacens sil⁹ ⁊ quereris ⁊ in medio magna
toꝝ loqui nõ psumas. Aliqui psumũt de pro
prijs viribus sicut holofernes ꝛ iudeos. q̃ tm
confusus p mulierẽ mortuus est. ꝛ quem iudith
orauit ad dñm dicens. Dñe deus celi ⁊ terre
inmere superbiã illoꝝ. ⁊ respice ad nram hũili/
tatẽ. ⁊ oñde ꝙ nõ derelinquis psumentes de
te. ⁊ psumentes de se ⁊ de sua virtute gliã/
tes hũilias. iudith. vi. Isto modo iuuenes ⁊
ebrij multa psumũt ⁊ sũt magne spei. sic dic
aresti. ij. reth. Cuius est rõ triplex fm tres cõ/
ditiões ipius obiecti spei. Obiectũ eĩm spei est
bonũ arduũ ⁊ possibile. Quia aũt iuuenes ⁊
adolescentes multũ putãt se hre de futuro ⁊
pauc hñt de pterito. memoria aũt ẽ preteriti.
spes vero futuri. Jõ multum hñt de spe ⁊ de
possibili. ⁊ pauc de re ⁊ de actu. Cñ sic materia

prima dr̃ esse in potentia ad oīs formas. et ꝙtomagis actuar̃. tāto plus pdit de potētia/
litate. Ita adolescēs siue iuuenis. dum est in adolescentia ⁊ in potentia ad omnē actū ⁊ sta
tū pōt esse sacerdos ep̄s papa. sed cū creuerit modicū vir sufficiet portare ꝙ quā bñdictam
¶ Scōa cā est caliditas nature. hñt em̄ copiaz caloris ⁊ spirituū. ⁊ iō cor in eis ampliar̃. Ex
ampliatiōe aūt cordis hō tendit in ardua. vñ p̄s. viā mādatoꝝ tuoꝝ cucurri cū. r̃c. ¶ Tertia
est inexperientia. illi qui nōdū passi sunt diffi/
cultates ⁊ resistentias in factis suis. audaces
sunt ad tēptandū oīa. Illi vero qui iā frequē/
ter sustinuerūt resistentias in conatib⁹. nō de
facili ea temptāt. Et hec est cā quare iuuenes
nō debent fieri duces belloꝝ. sic dr̃. iij. topi/
coꝝ. nemo iuuenes eligit in duces. eo ꝙ non
D p̄sueuerūt esse prudentes. ¶ Aliq̄ p̄sumūt de
pfectione. qui adhuc sūt in inchoatiōe ꝙtū/
cunq̄ aliquis pfecerit semp reputare se debz
incipientē. eccl̃. xviij. Cū p̄sumauerit hō tūc
incipit greg. in mora. ii. Desciscit mens ꝙ torpore
veterascere. q̄ semp studet ꝙ desiderū inchoa/
re. Idem Si in bonis inchoatis nolumus
latescere. valde nocē est. vt semp ea credam⁹
nos inchoare. Vñ dixit quidā pr̃ cuidam fra/
tri dicenti. Ego mortu⁹ sū mūdo. ⁊ si tu mor/
tuus es ait p̄r̃. diabolus tñ mortuus non est.
Alio mō pōt quis tendere in aliqd̄ bonū vt
possibile p virtutem ⁊ misericordiam diuinā. qd̄
nō est possibile. sic cū aliquis sperat veniaz
obtinere sine pnīa. vel gr̃az sine meritis. que
p̄sūptio ꝓprie est species pcti in spūm sanctuz
qz p hmōi p̄sūptionem tollit̃ ⁊ ptemnit̃ adiu
toriū spūssancti. ꝙ qd̄ hō reuocar̃ a pctō. Et
hi licet q̄rāt iesum. tñ moriunt̃ in suis pctis.
Sed vr̃ q̄ p̄sumptio nō sit pctm̄ causans ho
mini mortem. Nā illud qd̄ est pctm̄ causans
mortem nō excusat a pctō. sed p̄sumptio excu
sat a pctō. Dicit em̄ mgr̃. xxij. di. scōi li. sen.
q̄ adā min⁹ peccauit. quia sub spe venie pec/
cauit. quod videtur ad p̄sumptionem per/
tinere. Respondet sanctus tho. in scōa scōe
Qd̄ peccare cū ꝓposito ꝙseuerādi i pctō sub
spe venie. ad p̄sūptiōem p̄net ⁊ hoc nō dimi
nuit sed auget pctm̄. Peccare aūt sub spe ve/
nie q̄nq̄ ꝙcipiendo cū ꝓposito abstinendi a
pctō ⁊ penitendi. hoc nō est p̄sūptiōis. sz hoc
pctm̄ diminuit. qz p hoc videt̃ hr̃e nouam
E min⁹ firmatā ad peccādum. ¶ Dico scōo q

delectatio quosdā trahit ad desperatiōem. nā
q̄n affectus alicuⁿ amore inficit̃ alicuius rei
corpalis. vt puta. mulieris. vestis ornat⁹. glo
rie. honoris. curiositatis. ⁊ hmōi. tunc hō fa/
stidit bona spūalia. sic̄ est p̄dicatio. ꝓfessio pe/
nitentia. orare. frequentare eccl̃iaz. nec hmōi
reputat valere. nec sapiunt talia tādiu q̄sq̄
postea ea nō estimet possibile sibi adipisci nec
p se nec p aliū. Vñ diffidit de se ꝙ nō possit
penitere ⁊ satisfacere sufficienter de malis suis
⁊ diffidit de misericordia dei. ꝙ eū iuuare nō pos/
sit. ⁊ ita desperat. qd̄ est etiā pctm̄ in spīritū
scm̄ ⁊ maximū in q̄ multi hoīes moriunt̃. Vñ
sup illud ꝓuer. xxiij. Si desperaueris lapsus
in die angustie minuet̃ fortitudo tua. dic̄ gl.
Nil est execrabili⁹ desperatiōe qua quilibet i ge/
neralib⁹ huⁱ⁹ vite laboribⁿ ⁊ qd̄ peius est i fi/
dei certamine pdidit ꝓstantiā. Et isi. in li. de
sum. bo. ꝓpetrare flagitiū aliqd̄ moꝛs est aīe.
sed desperatio est descendere in infernum.
¶ Sic desperauit cayn fratricida q̄ dixit ma
ior est iniqtas mea q̄ vt veniā merear. Gen̄.
iiij. Dis dar̃ hec doctrina ꝙ ꝓsiderare debēt
ꝙ dei misericordia excedit magnitudinem. multi/
tudinem ⁊ lōgitudinez oīm pctoꝝ. Vñ autor
de spū. c. iiij. Nemo d̄ dei misericordia diffidat qz
maior est ei⁹ misericordia. q̄ sit pctōris miseria.
Et q̄ quis ad deū toto corde clamauerit ex/
audiet illū qz misericors est. Et iō cū dauid
grauissime peccasset in adulterio ⁊ homicidio
postq̄ dixit dño peccaui. dixit ei. ꝓpheta na/
than. dñs exaudiuit ⁊ abstulit a te pctm̄ tuuz
ij. reg. xij. Et iō p̄s. dicit laudando ei⁹ miseri
cordiā. Suauis dñs vniuersis. ⁊ miseri. eius
sup oīa opa eius. Accidit i dioceſi norbicen/
si duos esse socios. vn⁹ multis malis implica
tus ⁊ alter deuot⁹. Salus dū frequent̃ a bo/
no socio cularet̃ vitā emendare. socii suum
deridens misericordiaz dei tātā esse asseruit ꝙ sal
tem in fine mortis sibi sufficeret. Miser tan/
dem ille occulto dei iudicio infirmari ꝓmit̃
Sed soci⁹ bon⁹ de salute ei⁹ dubitās. lāguen/
tem ad confessiōem ⁊ pnīam induxit. rogās eū
vt dei misericordie recordaret̃. de qua san⁹ multū
p̄sumebat. sed diabolus q̄ eū vsq̄ in finem p̄
sumere docuerat in ipo fine docuit desperare
Nocte vero mortis ipius visio talis socio bo/
no mōstrata est. Cidit iesuz indutū clamide
coccinea spinis caput coronatū. manib⁹ pedi
busq̄ sanguine vulnere irrigatū. ⁊ in sinistra

manu crucē tenentē. rubro vulnere latery cū humero denudato. coꝝ lecto socij infirmantis astare. ⁊ hec sibi blādis verbis dicere. Ecce inquit. qualē ꝓ tui amore ptuli passionem cerne caput meū spinosū. vide corpus totum sanguine cruentatū. ⁊ lateris aperturā aduerte q̄ ⁊ quanta sustinui ꝓpter te. pete igit̄ miseri cordiā meā magnā. ⁊ licet ingratus sis. ⁊ eaz nō meruerīs tū tibi ꝓcedā veniaz delictorum Ad hec ille demone plen⁹ dixit. Scio inqt. dñe misericordiam tuā magnā. ⁊ scio nihil omnino q̄ iusticia tua non est frustra. Cū licet ad me saluandū fortassis tua misericordia te inclinet. neq̄ iustitia tua hoc ꝓmitteret. ⁊ nō meritis meis paucis ⁊ nullis de tua iustitia saluari nō possum. Et fons misericordie adiūxit clemēt. immo inquit. instanter pete misericordiam meā. qz ego iustus sum. tū in opibus meis nulli ē misericordia postponēda. Ille miser incepit denuo cū misericordia dei disputare. asserens se ꝺ iustitia ꝺdēnatū. nec velle misericordiam petere vllo sensu. Recepit igit̄ saluator sue pietatis repulsā ⁊ volenti dānari. iuste versus est in seuitiam. acceptaq̄ manū dextrā vt socio dormiente apparuit in vulnere lateris imersam. ⁊ cruore repletā extraxit. pectoq̄ sanguine ifaciē morientis. dixit. Ecce inquit miserrime sanguis meus in die vltionis ē signū tū te mōstrāduz q̄ hāc pomeras misericordiam. ⁊ illā respuisti. cuius insup ex visione terribili stupefactus volens currere ad infirmū sociū. visionē hāc narrare. faciē versā ad pietē inuenit. ⁊ totū corp⁹ rigidū ⁊ extensuz faciēq̄ vndiq̄ recenti sanguine cruentatā. quā nec aqua frigida nec calida abluere poterat in signū sue dānationis

¶ Dixi tertio q̄ delectano quosdā trahit per directū ⁊ p medium ⁊ rectū ad dilectionē dei. hi eñ relictis extremis. scz vitioz seu rez tpaliū. solū p medium ⁊ in medio virtutū q̄runt ieiunā. ⁊ salutē ⁊ inueniūt ⁊ mortē euadūt eternā. Cū hiere. xxix. Cū quesieritis me in toto corde vro inueniar a vobis. Et notanter dicē in toto corde. qz si alia a deo. sicut sunt terrena trāsitoria. ⁊ pctā diligam⁹. deum toto corde nō querim⁹ nec eū p ꝓpñs inuenimus. Cū ambro. in li. de fuga seculi. ⁊ recitat̄ in decretis. xxj. q. i. Cui portio dei ē. nihil dz curare. nisi deū hē. Quid dicis in mundo nihil aliud diligo nisi xpm. quē toto corde hē desidero quē q̄q̄ absentē ꝓpendo. Dico q̄ iesus dilect⁹ tu⁹ se q̄q̄ subtrahit a te. ꝓpter tria. Primo vt tu cognoscas tuā fragilitatē q̄s sis a te. et quid a deo. Nā nō q̄q̄ credit se talia hē a ꝓpria natura sicut sanctitatē pulcritudinē. cōtinentiā. fortitudinē. deuotionem ⁊ hmōi cōsilia. q̄ tū nō hz a natura sed tū a diuina grā. Cū apls phil. iiij. Omnia possū in eo q̄ me confortat. Sequit̄ ex hoc q̄ nullus dz se de his iactare ex spūali superbia. sed se hūiliare. ⁊ ne amittat timere. Scdo se subtrahit dilect⁹ a te ne eius pñaz sentias. vt probet tuā fidelitatē an ꝓpter recessū istū occultū. velis eum dimittere ⁊ licentiare ⁊ aliū amatorē in corde tuum accipe. Quia in infideli corde absentia amati generat obliuionem. Cū vulgariter dē ab augen ab hertzen. Tertio vt ardentius q̄rat eum Bern. Occultat se ꝺ⁹ vt ardēti⁹ q̄rat̄ q̄situs cū gaudio inueniat̄. inuent⁹ cū solicitudine teneat̄. Cū spōsa salomonis in absentia salo. amore ardens surrexit ⁊ diligent̄ q̄siuit p vicos ⁊ plateas dilectū. ⁊ dum eū inuenit. dixit tenebo eū nec dimittā. Sic sponsa xpi dz surgere p amorem ab oībus trāsitoriis. ⁊ in omnib⁹ solū xpm diligenter querere ⁊ inuentum cum solicitudine tenere. ne eum per consensum mali amittat.

Secūda pars in qua

notat̄ xpi stricta examinatio fienda in futuro quā xps iudeis ꝓminat⁹ est ꝺ. Vulta babeo tē. Moraliter sic̄ lingua infecta malo hūore febrili nō pōt recte ⁊ bñ iudicare de cibo et potu. sic̄ pz in febricitantib⁹. q̄ dulcia amara ⁊ ecōuerso iudicāt. Sic qui infectus est malicia. ⁊ errore alicui⁹ vitij. alium iudicare recte nō pōt. nec etiā dz alium iudicare. iuxta illud ambro. qꝺ etiā alī in cañ. iij. q. vij. Judicet ille de alterius errore qui nō hz qꝺ in se condemnet. tē. Exo. xxiij. Nō sequeris turbam ad faciendū malū nec in iudiciū plurimoz ac quiesces sñie. vt a vero deuies. xps igit̄ iust⁹ ⁊ innocens qui iuxta dictū petri pctm̄ nō fec̄ nec inuent⁹ est dolus in ore eius. potuit iudeos pctōres iudicare. ⁊ eos de pctis corrigere qz vt habet̄ extra de here. c. qui alium. Qꝺ qui aliū ab errore nō reuocat. seipm errare demonstrat. ¶ Ne igit̄ errare argueret̄ iudicauit errores iudeoz. Sic etiā post finē mundi in generali iudicio iudicabit errores hominū scz qui ꝓsistūt in

cordis cogitatione.
oris locutione.
operis omissione
Naz vt dicit̃ ex Augustino in q̃dam ſmõe et euangelio Nicodemi. Vox vt ſpiritum xp̃s tradidit. vnita deitati aĩa ad infernoz pfunda descẽdit. Cũq; tenebraz terminũ quasi quidã dep̃dator splendidus ⁊ terribilis attigiſſz. aſpicientes eũ impij et tartarei legiones territi. Inquirere cepẽrt d. Quis est ille qui sic intrepidus noſtros fines ingredit̃. et nõ solum nr̃a supplicia non veret̃ verũetiam et alios ꝺ vinculis nr̃is absoluit vnde est iſte taz fortis. mꝰus qui semp nobis subditus fuit. nũq; nobis talẽ mortũ immiſit. Et clamãtes dixerũt. O pnceps noſter. nunc pterijt omnis lẽticia tua. Poſt illas crudeliũ voces infernaliũ. facta ẽ vox vt tonitruũ dicẽs. Attollite portas pncipes vestras ⁊ eleuamĩ porte eternales et introibit rex glorie. Ad quã vocem ſtupefacti. ⁊ concurrẽtes demões q̃erunt. Quis est iſte rex glie. Quib̃ dauid ꝓpheta rñdit d. Dominus fortis et potẽs in plio. ipe ẽ rex glie Ut ꝙ vox ꝓphe ipleret̃ dicẽs. Cõtriuit portas ereas et vectes ferreos ꝓfregit. Ad imperium dñi oĩs vectes ferrei confracti sũt. ⁊ rex glorie intrauit. et tenebras lymbi illuſtrauit. Et ecce innumerabiles ppli sanctoz genub̃ ꝓuoluti. lacrimabili voce dicebãt. Aduenisti redemptor nr̃. aduenisti quẽ desiderantes diu expectauim⁹. descendisti ꝓ nos ad inferos. noli nobis deesse cuz reuertẽs fueris ad supos. Gaudium Adam pater humani generis exultauit d. lux illa auctoris lumis est sempiterni qui nobis ꝓmisit mittere coeternũ lumẽ suum. Et ysa. clamauit di. Hec ẽ lux patris filius dei. sicut predixi dũ essem in terris. ppls q̃ ambulabat in tenebris ⁊c̃. Tunc symeon exultãs dixit Glorificate deũ quia ego xp̃m infantẽ natũ in manib̃ suſcepi in templo. et ꝓpulſus spiritusctõ dixi. nũc videt̃ oculi mei salutare tuũ. qõ ꝓpti añ faciem omniũ populorum Poſt hec venit quidã vt heremita Johannes bap. d. Ecce agn⁹ dei. ⁊c̃. Et dñs extendens manũ et tenẽs dexteraã Ade dixit. pax tibi cum omnib̃ filijs tuis ⁊ electis meis. Et aſcendens ab inferis. oĩes sancti secuti sunt eũ. Sed occurrũt hic aliqua dubia mouenda vtz anima xp̃i ſepata siue quecũ Balia habeat vſum potẽtie ſenſitiue. Et videtur ꝙ ſic qz dictũ est ꝙ dñs extendẽs manum ſuã tenens dexteraã ade ⁊c̃. Certum tñ etiam ex ꝓdictis est ꝙ corpus xp̃i in triduo quieuit in ſepulcro. Videt̃ enim ꝙ ſolũ xp̃i aĩa ſepata habuerit potentie ſenſitiue vſũ Item lu. xvi. Eleuãs dives oculos videẽs lazaz ⁊c̃. Omnia aũt illa que ibi tangũtur dicunt cognitõem ſenſitiuã ꝙ modũ ſenſus Contra ſentire vt vult plõs est opatõ pium ei. ergo cũ facta ſepatõe iam nõ sit aĩmal. non erit opatio ſenſus. hoc videt̃ exp̃mẽto. Qz cecus habet potentiã videndi. et amiſſo oculo non ꝓt videre. nec frenetic⁹ recordari ergo ſi ꝓdit organũ potẽtie ſenſitiue qñ aĩa ſepatur magis perdit opatõem q̃ quãdo organum solũ ledit̃. ergo aĩma ſepata magis perdit oẽm opatõnem ſenſitiuã. Ad hoc reſpondendũ adducit Bonaueñ. in. iiij. ſup magiſtz di. l. tres opiniones Quidã nãq; dixerunt ꝙ anima ſepata ſecũ trahit oĩes potẽtias ⁊ oĩib̃ vtitur tanq; ſubſtãtia liberior vel vberior. in quc̃ dicũt credendũ eſſe phi loſophis in hac parte di. q̃ ſentire ſit opatio coniũcti. quia nec recte intellexerũt cognitionem poſt ſepatõem anime. nec vnitatem ꝓpter quã in vna aĩma ſunt tres potentie. ſ. rõnalis. ſenſibilis. ⁊ vegetatiua. ⁊ in eadez ſubſtãtia ꝓpmo radicant̃ cum qua neceſſario ſepant̃. quod phi loſophi nõ ꝓgnouerũt ſed ſancti. Et qm̃ fides nr̃a dicit aĩmas cruciari ignib̃. Et caſſiodor⁹ dic̃ ꝙ alijs ſenſibus efficacius valet. ideo poſuerũt aĩmã vſũ omniũ potentiaz habere. Secunda opinio est ꝙ anima habz potentias ſenſitiuas. illaz in quã que rõnalis est. ſed quoniã oĩes ſenſitiue exteriores vniunt̃ in origine ⁊ ſenſu cõmuni. et diſtinguũt̃ in organis. Ideo neceſſario cũ ſepatur anima a corpe. recurrũt omnes potentie ad vnũ originẽ ad ſenſum cõmunẽ. ⁊ p illum ſenſũ põt aĩa libera qõ poterat p omnes alios exteriores rõne alligatõis cuz corpe. ⁊ illo vtitur ad actus oĩm ſenſuũ. et ita vtitur ſenſu interiori non solũ intellectu. Et ille ſenſus est qui trahit ſecuz fantaſmata. Hanc opinionẽ confirmat aug⁹. de ſpũ et aĩa. Et. xij. ſup geñ. ad litterã. vbi dicit ꝙ aĩma ſecum trahit imagines rerum corpaliũ ⁊ p illas ymaginatur ⁊ cognoſcit. Tercia opio est. ꝙ aĩa rõnalis ſepata nihil

cognoscit nisi mediãte potentia intellectiua Per illam aũt cognoscit ꝓpter sui libertatẽ qđ cognoscebat ꝙ alias potentias. sic patet in angelo qui nichil opat ꝙ potentias sensitiuas nec vegetatiuas. qñ dependent ab organo corpali sicut manifestũ est inmenti. ergo sicut corpe corrupto nihil opat ꝙ potentias que respiciũt vegetabile. ita nihil opat ꝙ potentias q̃ respiciunt sensibile. ꝙ intellectum aũt cognoscit res sub ꝓditiõibꝫ materialibus pñte materia. q hoc est sensus exteriorꝭ. et res sub conditionibꝫ materialibꝫ absente materia. et hoc est imaginatiõis. et illas etiã res cognoscit abstractis omnibus materialibꝫ. et hec omnia vere facit. Et iđo recte dicit anima separata sentire ymaginari et intelligere. non ꝙ diuersas potentias sed per vnã que potens est omnibꝫ his modis ꝓgnoscere. sicut potentia q̃ est in angelo. vt patꝫ in. ij. li. di. iij. ꝓblem. ix. Hec opinio videtur bonauenture magis rationi consona. Ad obiectões dicendũ. ꝙ tactus siue visio talis est intellectual. ꝓut habet modũ comꝓhendendi ipoꝫ sensuũ. patet igitur ꝛc̃.

Quarit vtꝫ anima xpi omnes animas ex inferno liberauit. Rñdet bonauen. di. xxij. tertij. ꝙ non. sed tm animas electoꝝ suoꝝ. qz si passio ipius omnibꝫ posset valere q̃tum ad sufficientiã. non tñ influit nisi in eꝝ mẽbra. et quia multi erant in inferno. qui non erant eius mẽbra nc futuri erãt. qz extra statum meredi. Ideo illos nõ liberauit. sed tm electos. Unde Gregorius sup illud. Ego si exaltatus fuero a terra. oia trahã ad me ipm. di. Omia traxit qui de electis suis nil ũ reliquit. Et osee. O mors ero mors tua morsus tuꝰ ero inferne. qz in electis suis fõditus occidit mortẽ. mors mortis extitit qz vero in inferno ptem abstulit. q ptez reliqt non occidit funditus. sed momordit infernum. Tercio quarit vtꝫ statiꝫ post mortem ereptos de inferno introduxerit in celũ Dicit bonauẽ. ꝙ non. sed q̃tum ad locum statim in descensu xpi ad inferos induerũt lumẽ eternum. et beate facte sunt. et patuit eis celũ q̃tum ad premiũ. q nõ quãtum ad locũ. et hec est rõ. quia xps in omibꝫ debuit primatũ habere vel tenere. et ꝓmogenitus esse in multis fratribꝫ. igit ante omnes ipe ascendere debuit. vñ omniũ ascẽsio differri debuit vsqꝫ ad ascensionẽ xpi. Dilata aũt fuit ꝙ multos dies. vt ꝙ multa argumenta ofideret vere surrexisse. Actũ ꝓmo Prebuit seipꝫ viuũ ꝙ dies. xl. apparẽs eis Si aũt obijceret qs illđ Luc. xxiij. Hodie mecũ eris in paradiso. Dicendũ ꝙ paradisus ibi non dicit locus paradisi terrestris. nc celi empyrei. sed ipa apta visio dei. Tercio requies christi est i aĩma mũda. vt in spũali q singulari habitaculo. De quo psalmista Hec requies mea i seculũ seculi. hic habitabo qm elegi eam. Nam videmꝰ locum aptũ eẽ ꝙ requie si mundꝰ est. vndiqꝫ clausus. q custodia munitus. sic anima apta eẽ vt xpus in ea requiescat. si munda. sine oĩ reprensione culpabili. si clausa ab extrinseco turbabili. q munita custodia notabili. In signum huius xpus in triduo quiescere voluit in sepulcro nouo ꝓpter ꝓmuz. in signato q clauso ꝓpter secundõ. custodibꝫ munitũ propter tercium. Quilibꝫ ergo xpianus. q aĩam suam isto sacro tempe a fetibꝫ peccatorum ꝙ penitentiã mũdauit et xpm dei filiũ quasi ꝑciosissimũ depositum sumpsit. debet carnem cordis diligent custodire. et fenestras corpis. s. sensus claudere. ne ꝙ illicitas illecebras carnis cor apiat depositiz amoueat inquietet et rapiat. Quia Aug. in ꝓmõe ad virginibꝫ. Continẽdus ẽ animi appetitus a voluntate oculorũ. auriũ. olfaciendi. tangendi. gustandi. Et certe merito quia sicut in tpalibꝫ rebus qui rem sibi depositã ꝙ negligentiã pdiderit. puta quia cistam vel cameram vel domũ nõ claudit. q fur intrans rapit. tenet depositanti de damno satisfacere vt habet. ff. de depositi. l. ꝓma. Habet etiã ibi ꝙ si aliquis alteri cistam signatã depositauerit q ei spes rep seu thesauꝝ monstrauerit. q per negligentiã pdiderit. tenet alteri de damno. Etiã si vestimẽta balneatori data ad seruandũ perierint. siqdez nullã mercedem quandoꝫ vestimẽtoꝝ accepit. depositum tm teneri et dolũ dumtaxat ꝓstare đ putat imperator qđ si accipit ex cõducto Debet igit quilibet de depositio vel locato talẽ diligentiã adhibere. etiã maiorem q̃ si res esset sibi ꝓpria. quod si nõ fecerit. tenet ꝙ de damno satisfacere. Hec pro tanto dicta

sunt ad spūalem doctrinā. vt qui corp⁹ xpi tbesaur⁹ incōpabilez bodie vel beri quasi de positatū sūplerūt a manibꝫ sacerdotū. diligenū custodia caueant. oēs sensus claudāt ne eum amittāt p̄ peccatū mortale. alꝫ ō dāno dato quis se obligat ad pnā eternā. nl laeniz subest excusatio. quia q̄uis in spēcie aliena quasi in cista occulte xp̄iano dē. mōstratus tamē est clare p̄ sacerdotē in cena domini ⁊ in pascue. quis qualis vel q̄tus sit et quanta p̄ nobis sustinuerit in cruce mortiendo.

¶ Secūda pars in qua tractaē de excellētia numeri figuralis. ibi die septimo. Nam dies septimus est dies requiei. Exo. xx. Sex dies operaberis. septio requiescēs ab ope. Nam ꝑm pytbagoram et alios antiq̄s sapientes. septenari⁹ nūer⁹ dī eē p̄fcts q2 ex p̄mo ipari ⁊ pari p̄mo p̄fū matur. Primus em̄ impar ternari⁹. prim⁹ q̄ par quaternari⁹. ex quibꝫ duobus septenarius p̄stat. qui eisdē suis p̄tibus mlt̄pli catus in duodenariū surgit. Haz si tres per quatuoz seu q̄tuoz p̄ tres ducim⁹ ad duodenariū pueimus. Dicit etiā p̄fectus ex eo q̄m in recipiendo a binario vsq̄ ad denarium. oēs alij a septenario p̄ducunt alios. et p̄ducunt ab alijs mulāplicando. excepto solo septenario. vt bis duo sunt quatuoz. bis ter sūt sex. quater duo sunt octo. sic mlt̄plicati p̄ducūt alios numeros infra denarium. sed sic non est de septenario. qui infra denariū a nullo p̄ducit nec p̄ducit. Et ideo pytbagorici dicebant septenariū minerue et virginē ⁊ p̄fectum. Deꝰ igit̄ qui solus nl lam nouit imp̄fectōnē. vt dī extra ō bap. c. maiozes. omnia bñ ⁊ p̄fecte ordinans in septenario numero multa condidit. Hā tomꝫ vite p̄nis tps in septē diebus voluit. vij. planetis. quibꝫ corpa inferioza naturalit̄ regunt celum ornat. Septimo die completis omnibꝫ opibꝫ factuꝛe sue deus bñdixit. xp̄s ecclesiā suā sponsam septē virtutibꝫ. s. tribꝫ theologicis ⁊ quatuoz cardinalibꝫ. septez sacramētis. septē spūssancti donis. septē principaliozibꝫ fidei articulis scz incarnatōis. bapt̄smi. passionis. mortis. ad inferos descensus. resurrectiōis. ascensionis. et aduentus eius ad iudiciū notauit. Hic septenari⁹ deducts est ad duodecim. q̄m p. xij. apl̄os ē traditus ⁊ declaratus. sine q̄ nemo viuit hominū. sed mortuus manet. nisi septenario numero a christo rectificet ⁊ viuificetur. Pro quo Johānes i apoc. v. fleuisse legitur. dum vidisset libꝫ signatū septē sigillis formā imprimētibꝫ in celo ⁊ in terra. ⁊ apō inferos. et nemo esset dign⁹ aperire eū. ⁊ soluere signacula eius nisi leo de tribu iuda. i. xp̄us dei filius. hic em̄ aperuit libꝫ dei tatis ⁊ veritatis. et formā septem fidei articulorū. donoꝫ siue vtutū nobis impssit docēdo q̄d est in celo. quid fecit in terra. et q̄d i lymbo Quod etiaz figurat. iij. regum. iij. in helizeo. qui sup puerꝫ mortuū septies inspirasse describit. Et xp̄us expansis manibꝫ in cruce sup̄pl̄m exuncti septies ispirauit. i. quā do in cruce moriendo os suū aperuit suauissimū. et septies loquēdo spm̄ nostꝫ speciali dono reuiuificauit. et defectus per peccatuz acceptos expulit. p̄ quo orat sapiens eccl̄s. xi. dicens. Da ptes septē. i. dona p̄ que aia reficiat. ¶ Nam spūs humanus p̄ peccm̄ in potentijs suis recepit iacturā magnaz triplicis defectus ꝺ quos donant septē dona. vt anima in his rectificet. Nam aia recepit defectū magnum in

Intellectiua p̄ quā cognoscimus.

Volitiua p̄ quam appetim⁹

Optatiua p̄ quā cuncta facim⁹.

¶ Defectus nāq̄ potētie intellectiue fuerūt tres. scz vilitas in essendo. debilitas in cognoscendo. et ambiguitas in eligēdo. Haz intellectus human⁹ añ pecm̄ erat valde clarus. nobilis ⁊ subtil. mlto pl⁹ sole. sed peccō hōmis rubiginatus ē et turpis effectus et vilis. De q̄ conq̄rebat dñs hiere. ij. dicēs anime. Quā vilis facta es nimis. Scz dñs noster hūc defectū attendens in passione sua remediū vilitati adhibuit. ⁊ donum intellectus prestitit. mediante q̄ posset p̄priam vilitatē cognoscere. ⁊ opportunū remediū impetrare. In signū huius latro dono intellect⁹ reductus in cruce ad vilitatē p̄priā se recognoscens. dixit ad socium. Nos quidē iuste nam̄ digna factis recipim⁹ Conuertēs aūt intellectū ad eum q̄ secum pendebat xp̄m nouit eū innocentem ⁊ saluatorem. quare

inuocauit eum dicens. Memẽto mei dñe dum veneris in regnũ tuũ. Luce. xxiij. Ihc ſus aũt dixit ei. Amẽ dico tibi q̃ hodie me cũz eris in paradiſo. q. d. q̃ dono tibi immiſſo et infuſo non teſtimoni. ſed vilitatẽ ꝓpriã cognoſcendo. meã grãm inuocaſti. veniam impetraſti. et paradiſũ meruiſti. Illud donũ petijt ſibi dari ꝑs. dicẽs. Da michi intellectum vt diſcam mãdata tua. Sed ve illõ donuz ſpernũt brutales viuẽtes ſm ſenſualitatẽ in guloſitate. de quibꝫ dicit Apoſtol? phil. iij. Ambulant vt inimici crucis xꝑi q̃ rum finis interitus. quoꝝ deus venter eſt. qui terrena ſapiunt. Vñ ꝑs longmon dixit. q̃ filij duo ſunt ex hominibꝫ huius mũdi ſoliciti. vnus eſt cui altitudinẽ et nobilitatẽ annuit de?. et ipe nihilomin? ad alteri? mõi ſublimitatẽ et nobilitatẽ conat. Alt ẽ victũ hñs exiguũ. et ſuſtinet donec veritatẽ perpẽdit. et hñ admodũ fuit deo et nullus iſtoruz errat q̃ vtercz ſapit que dei ſunt Sed illi qui terrena ſapiũt et non q̃ dei ſunt multipliciter ꝓ intellectũ errant. Contra quod datur donũ intellectus. vt intelligat homo quis ſit. qualis vl̃ quantus et vbi. vt cum intelligat in omnibꝫ vilitatẽ ſe ſuzſũ ad creatorem erigat. in quo ſolo poterit habere nobilitatẽ. Quare apl̃s ammouet. Que ſurſum ſunt ſapite. non q̃ ſup terram, Col. iij.

Secundus defectus eſt debilitas in cognoſcẽdo. Intellectus eñ humanus ſcõm philoſophũ. iij. de anima. infimũ tenet graduz in genere intelligibiliũ ꝓpter qõ ad cognitõem altiſſimarũ cauſarz ita eſt elongat? et debilitatus. q̃ ſe habet ad cognitõem veritatis. ſicut oculus noctue ad radiũ ſolis. ꝓmo metha. Quẽ defectũ aduertẽs xꝑus in cruce. rogauit patrẽ vt hũc defectuz aſpiceret. et crucifixoribꝫ indulgeret. q̃ neſciũt quid faciũt. Sed ꝫ hunc defectũ de? ex ſua liberalitate impmit aime ſigillum et donuz ſapientie. ꝓ qõ eleuat intellectus human? in tanta altitudine. vt non ſolũ intellẽctu doctoz et magnoz. ſed etiaz iuuenculaz et puerorum. altiſſimas itreverberatis oculis pñt cognoſcere cauſas. ymo talia ſcire q̃ hũani/tus inattingibilia ſunt acumine rõnis. hoc ꝓuenit ſingulariter ex dono ſapie. Quare Ariſtotiles ꝓmo metꝫ. dicit. Sapientis eſt cognoſcere altiſſimas cauſas. Qui enim illud donũ habet tm̃ eleuat ꝓ deſiderijũ ad celeſtia q̃ ſibi vileſcunt oia terrena. Et hõo volens ſcire an illõ donum habeat. attẽdat ibi duo ſigna. Primũ ſi delectat audire verbum dei. bonitatis. iocunditatis et dulcedinis eterne. Scõm ſi te contriſtet audire vana et terrena. berñ. Inueniſti plane ſapientiã ſi priozis vite deſideras peccata ſi huius vite deſiderabilia pupendas. ſi eternam beatitudinẽ toto corde affectas. Tercio intellectus habz ambiguitatẽ ſiue ꝓplexitatẽ in eligendo. Nam q̃ in omnibꝫ melius eſt eligendum. homo ad tantã deuenit demẽtiam q̃ nõ conſiderat bonũ a malo et maius bonum a minori. et per conſequens errando. ſepe vnum ꝓ alio eligit. Contra quem defectum dedit deus donũ ſcientie. Que ſcientia nõ eſt aſtroz nec taliũ. ſed ſcientia qua homo conditorẽ ſuũ et ſeipz ꝓfecte cognoſcit. ſiue que iudicat de creaturis vt eis diuinus honor non tribuat. ſed deus iuſte adoret. Iudicat pctã eſſe lamẽtanda. et vntes amplectendal. Pro iſto dono rogauit ꝓpheta vi. bonitatẽ et diſciplinã et ſcientiam doce me. ꝑs. Illud donũ xꝑs in cruce cõmendabat in eius dignißima mẽe dicens. Mulier ecce filius tuus. q. d. Ecce tu que naturaliter et materno affectu compateris mihi. eligẽdo tamẽ melio? ſciẽtia tibi a ſpũſancto inſpirata. ſ. potius homĩs redemptõem. et patris celeſtis ac mee voluntatis adimpletiõem. cõꝫ ꝓpriam. dono tibi aliũ filium qui tibi fuiat et loco mei tuis votis obediat. Dz queritur an virgo gloriosa ſciẽtia diuinitus inſpirata cognoſcens ꝓ morte crucis velle redimere genus humanũ in paſſione xꝑi habuit ſummũ gaudiũ. Et videt q̃ nõ. Dz luij. dz. Tuã ipſius aiam ꝓtranſibit gladius. Sz ꝓtractans Damaſ. dicẽ. Dolores q̃s virgo effugit pius hos chriſto paciente ſuſtinuit. ita q̃ gladius iſtius animã ꝓtranſiuit. Et aug?. Cuz viſura accepit in paſſione dolores q̃s non habuit in xꝑi natiuitate. Contrarium patet compando ſtatum ei? ad oĩa ad que compari pot. et ꝓmo compando ad deum ſic. quia mẽs eius ordinata ad deum diuinã voluntatẽ ꝑfecte voluntati ſue. et plẽ incõpabiliter gaudet de dei honore cõꝫ de ſua

ppria vilitate. Sed xpi passio a deo erat volita et diuine voluntati acceptissima. ergo et virgini gratissima. vel non erat in mente ordinata. vel qz ignorabat passionis efficaciam. vl quia nolebat diuini honoris emendam. qd nullo mõ dicz est. Secõo compando eam ad mẽtem filij. quia mẽs eius vna erat z sume conformis in volita mente filij aliter non summe eũ diligeret. sed mẽs filij suam mortẽ sitiebat. vñ et dixit. sitio. ergo et ipa similit. omnis essz voluntas rationis vel plene consilliata. est cõformis deo in volito absolute. Tercio compando eã ad genꝰ humanũ. qz ipa se sciebat mrem esse ppter genus hũanũ et summe se gaudebat eẽ matrem. ergo summe diligebat salutẽ generis hũani. p qua materni impij obtinuerat dignitatẽ. Quarto compando eã ad mortez sanctoz. quia sancti amore xpi passionis se libentissime tradebant morti. Imo matres sanctissime ppter xpi amorez filios ppios videntes occidi. sume gaudebãt. ergo multo magis ipa cuz esset caritatis feruẽtioris. Quinto compando eam ad cõmune bonũ quia nulla est mẽs ordinata q non pfert cõmune bonum vilitati ppie. maxie quando ex hoc nullũ sue salutis fit piudiciũ. Sed xpi passio cõmune bonũ erat expediẽs omnibꝫ ergo ipa illud sume diligebat. Sexto compando eã ad desideria patrũ quibꝫ summe ppatiebat ipa. z quoz liberatõem sume desiderabat. quod sciebat nõ posse assequi. nisi p filij passionẽ. Septimo compando eaz ad seipsam. summo essz desiderio flagrabat deum videre. et suã ppriã salutẽ obtinere. qd tamẽ sciebat obtinere nõ posse. nisi p ppij filij passionẽ. ymmo eã ipa cum filio pata erat mori. Rñdet nico. de lyra in ij. sẽ magistrz q summe gaudebat. Ad cuius intelligentiã est sciendũ. q beata vgo erat mater erat z nichilominꝰ virgo btissima. qz mater ferebat ad filium materno affectu z teneritudine intantũ etiam q ipius aiam passionis gladius ptransibat. Mouebat enim affectu naturali. q mens fert in bonũ suum et bonũ nature z namrat bonũ. Et ideo naturaliter d eius oblatõe. s. vite xpi namrat boni. summe volebat. Erat nibilominus z virgo sanctissima z prudentissima. bñs plenissime bonũ sciẽtie. z ideo vlũtate libera et electiua. que vt ratio monet. summe conformabat diuine voluntati. et salutẽ humãi generis summo desiderio sitiebat. q ppterea etiam filiũ ad passionẽ offerebat. vnde ptem illa. s. vlũtate rõis in bonũ finale ferebat. ita q sicut xps sm ptem supioẽ erat compbensor z sume letabat. in hoc termino. s. gaudio supernatrat tenebat. tñ ad ptem inferioẽ erat viator z summũ doloẽ patiebat quia natura vt natura in bonũ conuenies ferebatur. Ita voluntas virgis caritate informata. volebat z gaudebat d xpi passione z sic supnaturaliter in illo termino tenebatur et natraliter in obiectũ sibi conuenies ferebatur. s. in vitã xpi. quare z summe letabat z volebat mẽ de xpi passione. Per hoc patz ad argumẽta q concedendũ est q sume volebat nec tamẽ erat ppter hoc quin gauderz sm iam dicta. Secundo dico q potẽtia volitiua est etiã p peccatũ infecta. Et spãliter tribus. Primo q nõ in omnibꝫ opibꝫ suis virtus ꝛcupiscibilis regulat ab intellectu sz quandoqz q dam impetu agit. sic equꝰ z mulus sine freno z directoze. sic ipa sin intellectu. Quare frequẽter ad vilissima z sceleratissima vicia festine se curvat impetu sui desiderij. z modicũ z nibil quod desiderat sibi negat. Eccs. ij. Omnia q desideraueri oculi mei nõ negaui eis. nec pbibui coz meũ qn omni voluptate frueret. Contra istũ defectum et impetũ dãnosum datur nobis donũ psilij cuꝰ est cognoscere z puidere ea q sũt ad finem. ad denotandũ q omnia sũt fienda a consilio. ne dimisso psilio quis in operatione sua reptet inutilem pniam. puer. vij. Sapientia bñat in cõsiliꝭ. Et seneca i quadam epla dicit. Tuc cõsilia salubria sive salutaria vocant. cum alludit pspitas. tũc velut in lubrico. nec retinebis nc dabis ei impetum. sed respicies quo eundũ sit et quoqz hec ille. De isto dono docuit nos saluator in cruce. in quarto vbo dicẽs. Sitio. id est voluntate regulata desidero qua patioz. fructum etiã z vilitatẽ passionis omnibꝫ puenire affecto. Secundo voluntas nõ est regulata in irascibili virtute. et ideo qñqz habet impietatẽ z crudelitatẽ ꝛ dictamẽ recte rõnis. Nam natura dictat pietatẽ ad pximi

sic membr ad mēbr. Uolūtas vo in ꝓximū contra legem nature et dictamē recte rōnis qñq exercet inhumanitatē ⁊ crudelitatem qđ magnū nephas ē. ff. de iustitia ⁊ iure. l. vt vim. dicit Cum natura inter nos quod dam ius cognatōis ꝓstituerit. hoiem homi ni insidiari. id ē contra rōem ꝛasci nephas est. Et ideo cōtra hunc defectū ꝑuisum est homi de dono pietatis. quod nos recte or/ dinat ⁊ docet. qualē reuerētiam debeamus habere ad deū ⁊ pietatem ad ꝓximū. Unđ ꝑme Petri. i. Gratia vobis et pax implea tur. que ad vitam ⁊ pietatem donata nobis sunt. De isto etiam dono instruxit nos sal uator in cruce dicēs. Cōsūmmatū est. q. d. Omnia que ex pietate ordinaui patienda ꝙ salutiōe humani generis iam ꝓsummaui. id est in nullo me difficilē reddidi. Sic eē ex pietate alter alterius onera portare debet iuxta Apl̄m. Alter alteri⁹ onera portate ⁊c.

¶ Tercio voluntas habet timorositatē ser uilem. timet enī malū ⁊ dimittit. non ꝓpter dei amorē. sed ꝓpter timorē pene. Timor iste non est meritori⁹. sed seruilis. Et dicit Fuilis. qz sicut Fuus timore p̄mij amissiōis et castigatōis dñi cauet malū. ne suspenda tur cauet furtū ⁊c. licz talis timor sit quodā modo bonus. qz disponit ad filialē timorez sicut acus trahit filū. licet ipa non ꝓiungat tamē inducit ad id qđ coniungere hz. Sic timor Fuilis nō est meritorius p̄m se. nc con iungit hominē vo. sed disponit ⁊ inducit ti morē filialē. quē ꝙ dilectōem copulat deuz et hominē. De illo timore Fuili dicit extra de re. iur. Qui ex timore facit p̄ceptū aliter q̄ debeat. facit. et iam nō facit. Ne iō tant⁹ labor noster sit cassus ⁊ inanis ꝓuidit de⁹ nobis de dono timoris filial q̄ est timor dei et fons omis meriti. ꝑouer. xiij. Timor dñi fons vite. Sic enīz dicit filialis. qz sic filius naturali instictu diligit p̄rem ⁊ ei⁹ vo luntatē būiliter facit ex amore sic isto dono quilibet dei voluntatē ex amore sine contra dictōe adimplet. Hūc timorē filialem xp̄s se ofdit habuisse. qñ nimio amore patr̄ vo luntatez in cruce fecit. quare dixit deus de⁹ meus ⁊c. q. d. O deus p̄. e⁹ voluntatē fi/ lialī amore semꝑ adimplere desideraui. iam ꝙ salute hoīs patiendo. vt debueras me non defendisti. sed vt voluisti. et ergo me i manibꝫ occidentiū dereliquisti. Sic qlibet timore filiali ⁊ nō seruili ꝓformare debet se dīne voluntati ⁊ eius mādata adimplere.

¶ Sed querit an timor seruil sit donū dei vel nō. Rñdet bonauentura in scripto suo sup̄ mgr̄m di. xxxiiij. tercij. q. est donū spūs sancti. quia sic donū dei ē credere penas fu turas ꝙ eo q̄ est ibi quedaz cordis illūina tio ⁊ directio. ita penas eternas fugere ⁊ ti mere est donū dei ꝙ eo q̄ ex tali dono ē cor dis emollitō. ⁊ fluxꝰ ꝓcupiscibilis restrictō ⁊ hec est quedā rectificatio. Q, autē emol litio dicit. Hieronim⁹. Induxisti dñe cor nostr̄. ne nō timerem⁹ te. Q, aūt ibi sit cō cupiscentie restrictō innuit p̄s. Confige ti more tuo carnes meas. Qđ quidē fit nō ti more casto solū. sed etiā Fuili quo timēmꝰ eterna supplicia ⁊ diuīa iudicia. ⁊ ꝓt illoꝫ timorē cessat homo a peccatoꝫ perpetratiōe licet nō cesset a voluntate. sicut dic glo. ⁊ tō totū est a dīno munere. Si obiicit q̄ spūs sanctus compatit se cū donis suis. sed cum timore Fuili se nō compatit. Dicendū q̄ ē qđdam donū a spū sancto. ⁊ cū spiritu sctō. Quo vdaz quod est a spū sctō. ⁊ qñq̄ stat cum spū sctō. quādoq̄ non. Est etiā aliud donū a spū sancto. sed nō cum spiritu sancto Primū est donū caritatis. qđ est a spū sctō et semꝑ cū spū sancto. quia ꝙ ipm est anima habitaculū spūs sancti. Scōm est donū ꝙ phetie quod ē a spū sancto. non tū semꝑ cū spū sancto. s. quia qñq̄ etiam ē in malꝰ. Ter cium est donū timoris Fuilis. quod est a spi ritu sctō sed non est cum spū sancto. qz ꝓpter ad spm̄ sanctum. ⁊ de hoc dono nō est verū. q̄ spūs sanctus se compatit cum donis suis

¶ Tercō dico q̄ virtus opatiua est intantū debilitata. q̄ ex puris naturalibꝫ nullū bo/ num opus inceptū. pōt ad finē eterne beati tudinis ꝓduci. p̄s. Omis declinauerūt simꝰ inutiles facti sunt. non est q̄ faciat bonū. nō est vsq̄ ad vnum. Ideo dñs nr̄ ꝓuidit no bis de septimo dono. s. dono fortitudinis Cuius vtus est tanta. vt bonū opus incep tum deducet ad bonū finem. vt qlibet hoīs hoc donum dicere possit illō p̄s. Fortitudo mea et laus mea dñs. ⁊ factꝰ ē mihi in sa lutem. Hoc ofdit saluator in vltio verbo

quando in cruce commẽdauit spũm suũ deo patri dicens. In manus tuas cõmendo spiritum meũ. q. d. Quia in fortitudie tua op⁹ humane saluatõis incepi. et ad finem ꝓsum mani. spiritũ quem semp in fortitudine tua habui cõmendo vt valeat miserabilez lymbum destruere et captiuos electos tuos liberare. et ad ꝓfectiõem tuam dirigere.

¶ Sed circa istũ donũ fortitudinis queritur. quomõ differat a vtute cardinali. et an virtutes. dona et beatitudies sint idem. Respondet Bonauẽtura di. xxxiij. tercij. Q, differentia inter illa assignat penes actus ꝓprios. Nam horũ quidam actus sunt ꝓmi. quidã medij. quidam vltimi siue ꝓfecti. sicũ videre possumus in actu cognitõis siue conoscendi. vbi ꝓim⁹ actus est credere. secundus intelligere. tercius cozde videre. Secundum hanc triplicẽ differentiã actuũ sunt in nobis tres differentie habitũ gratuitorum. scz virtutum. donoꝝ. et beatitudinum. Ita ꝙ virtutes sunt ad actus ꝓmos vt fides ad credendũ. dona ad actus medios. vt intellectus est ad intelligendũ. beatitudines ad actus vltimos et ꝑfectos. sicut mũdicia cordis ad deum videndũ. Et qñ in primis actibꝫ potentie rectificant. in secundis expediũtur. in tercijs ꝓficiunt. hinc est ꝙ habitus virtutũ sunt ad agendum recte habitus donoꝝ ad agendũ expedite. habitus beatitudinũ ad agendũ et patiendum ꝓfecte. postꝫ aũt isti hũs fuerint in aĩa. ꝓsequenter in ea status ꝙdã quietatõis et delectationis. In qua duo concurrũt. s. quedã spũalis refectio et ipius refectõis ꝑceptio. Ideo ad ꝓdictos hũs addunt fructus et spũales sensus. qui nõ dicũt nouos hũs. sed habitũ ꝓfectũ statũ et vsum. Itez ad hec omia hũda ꝙ nos nõ sufficim⁹. iõ data sunt nobis ãminicula septem sacramẽtorũ in quibꝫ ꝑm diuersitatẽ effectuũ gradiat ad inchoatõem ꝓfectũ. et ꝓsumatõem omniũ habitũ ꝓdictoꝝ. Ex his apparet nõ soluz dñia inf virtutes et dona. sed etiã inf oia ꝙ putant inter munera gre. s. vtutes. beatitudines. fructus. sensus spũales et sacrãmta. Nota fructus sunt. xij. scz caritas. gaudium. pax. patientia. longanimitas. bonitas. benignitas. mãsuetudo. fides. modestia. cõtinentia et castitas. Sensus vo spirituales dicunt ꝓceptiões mentales. que ꝙ specualtiõem est et incipit a sensu. et ꝓcedit ad imaginem. ab illa ad rõnẽ. ab illa ad intellectũ ab illo ad intelligẽtiã. ab illa ad sapientiã.

¶ Tercia pars in qua

tractatur de magnificentia exercitij integralis. ibi. ab omni ope. Circo quo moraliter notandũ ẽ. ꝙ sicut dicit Aristoteles. iij. methaphisice. questionez non põt soluere qui nescit eius ligamẽtum. Quis enim ꝓfecte potest enodare egritudis pcm. nisi ꝓi⁹ nouerit egritudis laborẽ. Et qs in amissiõe boni filij mtis possz põderare dolorẽ nisi priusꝰ vl' ꝓmo senserit matris ad filiũ amorẽ. Cũ igitur nulli dubiũ. quin virgo clemens mater xp̃i maiorem affectũ ad suum vnigenitũ habuerit ꝙ aliqua mater mõi habere potest ad suum natũ. ꝙ etiam grauiorẽ amaritudinem et dolorem cordis susceperit in eiꝰ morte et corpali separatõe. Potest ergo bene respondere. et questionẽ omni inquirenti soluere. quia melius nouit. inquisitio enim veritatis facienda est cũ quibus est conuersatus et notus. extra de elec. Postꝫ. Nec sexꝰ excusat qz siue vir siue mulier. amicꝰ siue inimicus cum quibus quis vitam ꝓgisse dicitur. potest inquisitioni respondere et testificari veritati. vt dicitur in auten, de heredibus et falcidia constitutis. l. quoniã aliqua.

¶ Queramus ergo a pia matre cui notum est. cum qua conuersatus est. et vitam peregit. Quo abijt dilectus tuus o pulcerrima mulierꝫ soluit. quasi diceret. Abijt ab omni opere quod patrarat.

Ad extremã ingratitudinẽ iudeoꝝ.

Ad sepulcri lanbulũ a visione oculoꝝ

Ad incredulitatẽ et infidelitatẽ discipuloꝝ

¶ Abijt nanꝫ ꝓmo dilectus filiꝰ Varie ad extremam ingratitudinem iudeorum. Nam vt dicit. C. ꝺ apostatis. bi qui Grauior pena est conuersari inter homies et hominuz carere suffragijs ꝙ procul ab hominibus solatium nõ sentire. Unde leuior est pena alicuius remotũ esse ab amicis. et ꝓpter hoc carere suffragio amicoꝝ ꝙ iuxta amicos eꝝ et eoꝝ suffragia ñ bre. sic ꝓculdubio gue fuit

christum in terra iudeor quasi cū peculiari ppło ⁊ singulariē electo ꝓuersari. bñfaciēdo sanando infirmos oppressos a dyabolo libe tando. ⁊ non solū carere eor suffragijs. ymmo etiā videre eor maximā ingratitudinez vt eum qui venit ꝓpter eor salutez ⁊ ex eis nasci voluit ad eor gloriam ⁊ honorez non essent contēti morte seua extinguere ymmo morte turpissima condēnare ⁊ pfundere. nꝫ suffecit interficere sed infinitis torturis cla uis. flagellis ⁊ spinis afficere et vulnerare.

E ¶ Scribit eñ vc. deuotus Bonauētura in quodā opusculo a viris fidedignis com pto. qꝫ Varie filius hūit vulnera sex milia cccccclxvi. quantū habet legio. ecci. i. ¶ Pluuie guttas quis dinumerauit ⁊ pfundum abyssi quis dimēsus ē. ¶ Pluuie guttas ꝙs pluit ipm celum. Ihesus christus stillans vberrimis stillis sanguis quis enumerauit. quasi diceret. difficile fuit hoc scire humānis. nisi fuisset reuelatū diuinitus. ¶ Sed quis posset enarrare vel enūerare guttas lacrima rum virginis. quaf oculi lucidiores sole ho die et hori fuderūt. ¶ Poterat tunc dicere illud Hiere. ¶ Quis dabit capiti meo aquaz et oculis meis fontem lacrimarū ⁊ plorabo die ac nocte. ¶ Oꝫ doloroſus fuit aſpectus marie in corpe filij tam vulneroſo. ¶ Oꝫ lamentabilis aſpectus in vtroꝫ. quia nunꝫ fidelior mater fuit ad puer et ecōuerſo. ¶ O qualis sepatio vbi tanta caritas. de quo nō inuenit similis inter matrē ⁊ filium. ¶ Unde Origenes. ¶ Maria sic lamentat filium suū cū tanta discretione qꝫ omēs induxit ad la

F crimandū qui videbant eam. ¶ Sed in rta iam dicta queri vtr dolor quē habuit Maria in xpi passione. excessit dolorē cuiuslibet martiris. Et videt qꝫ non. ¶ Primo ex suppoſito qꝫ nullus tantū dolet ꝺ malo alterius sicut de malo ꝓprio. sicut nec tantū diligit alterum sic seipm. et dolor virginis erat de alio scilicz xpo. dolor aūt martiris de seipso. igit maior erat dolor cuiꝰlibet martiris. Item leuior est dolor quanto gaudio pmi xor. sed in virgine erat gaudium summū. ergo ⁊ dolor minor. Item vbi est lesio interior ⁊ exterior. id est mēte ⁊ carne. est maior tristicia et dolor ꝙ vbi alterū tantum. sed in virgine nulla erat lesio in carne. sed tantum in mēte. In martiribꝰ vero exterius ⁊ interius ergo plus dolebant. ¶ Sed contra Luc. ij. Tuamipsius aiam ptransibit gla. Ex quinqꝫ rōnibus sumptis ex ꝗnqꝫ ꝛbis symeōis. ¶ Primo qꝫ dicit mā. Arguitur sic. Quia virgo nō fuit passa aliud martirium. nisi in xpi passione. ergo si non plus voluit ꝙ aliquis martir. non plus meruit. sed nec martirū fuit plus meritorū. et sic in gloria haberet minorē aureolam que debet martiribus ꝙ alij martires. vel haberz nullam. et quodlibet est incōueniēs. ¶ Secundo qꝫ dicit ipsius. Arguit sic. quia acerbior fuit gladi passionis christi. ꝙ cuiuscūqꝫ martiris. sed gladius ipius scz passionis xpi eius animaz ptransiuit. ergo acerbior fuit gladi passionis eius. ꝙ alicuius martiris. ¶ Tercio qꝫ dicit animā. Arguitur sic. quia maior est afflictio penetrans animā scindendo ꝙ que carnem sed in alijs penetrauit carnē in virgie mentem. igitur maior fuit afflictō virginis ꝙ alicuius martiris. Ideo dicit quia Maria mēte passa est. plus ꝙ martir fuit. ¶ Quarto qꝫ dicit ptransibit. Fortius eñ ptransit anima in amissione quem sūme diligit ꝙ in amissione quē odit. sed virgo beata summe diligebat vitam corpalem xpi. martires vero suam ꝓpriam odiebant. ergo plus voluit ꝺ go amittēdo vitaz christi. ꝙ martires amittendo vitam ꝓpriam. ¶ Quinto quia dicit gladius. qꝫ magis est penetrans gladius compassionis. ꝙ gladius passionis. Unde bernardus dicit. Fugientibus apostolis in faciem filij se opposuerat mater. et gladio doloris aime eius infixo vulnerabat spū. et crucia batur affectu. ⁊ qꝺ in carne xpi agebant clauis ⁊ lancea. hoc in eius mente passio naturalis et affectōnis materne angustia. Hec ille. Dicendū igitur secundū Hlicolaum ꝺ lyra in tercō super sñias. qꝫ ꝛbgo sustinuit in passione xpi maius martirū ꝙ aliquis martir. Unde hec questio querit. an dolor compassionis quē virgo sustinuit. fuerit maior ꝙ dolor passionis qua martir passus ē. Et ideo intelligendū qꝫ dolor passionis oritur a lesione carnis cum pceptione sensus. ⁊ redūdat in aia. Dolor vero ꝓpassiōis oritur et incipit in aima. ⁊ redūdat in sensū ⁊ carnem quāto igit aia est potentior ⁊ magis dñans

sup carnem. ⁊ caro delicatior ⁊ magis subiecta aime. tanto fit maior redundãna. et maior dolor ẽ qui incipit ab aia q̃ ille q̃ incipit a carne. qr igẽ ita erat in btã virgine ꝺo maior fuit dolor ꝓpassionis in ipa. q̃ dolor passionis qui ẽ exꝑte nature corruptibilis. cũ magis sit exterminatiu⁹ corꝓalis vite. q̃ dolor ꝓpassionis. qui ꝑncipal'r ẽ exꝑte anime Aliqñ tam bñ absorbet in illo dolore. q̃ndo taliter est ꝑturbatus ⁊ ñ ꝓsistit solũ in natrali voluntate. Ad ꝑmũ dicendũ q ꝛ est de dolore passiõis ñ ꝓpassionis. De alio ꝑt esse maior. eo q ordinatus ex q̃ est ꝓpassionis. ⁊ in mẽte ordinata caritate nullũ bz receptaculũ quin toto impetu ⁊ efficacia bñs ad ꝓpassionẽ ferat. Ad scꝺm q voluntas in ꝺgine. q̃tum ad vtramq; faciẽ. ferri in totum actũ totaliter sinebat. Ad terciũ dicendum q in martiribꝫ paꝛ erat lesionis i mẽte. sed tota cõsistebat quasi in carne. Vñ ⁊ ꝓcipiebant ꝓsolationẽ aliqñ. In ꝺgine vero erat econuerso. ¶ Secꝺo marie filius abiit ad sepulcri lapidẽ. a desiderio oculoꝛ maternoꝛ. iuxta illꝺ quod mri dignissime longe fuit ꝓdictũ Ezechiel. xxiiij. Ecce ego tollo a te desiderabile oculoꝛ tuoꝛ. Hã eũ quẽ beri vidit viuũ. mor vidit mortuũ. ymmo hodie ñ licuit videre nec viuũ nec mortuum. et qꝺ mai⁹ est tangere. qr tumulũ clauserũt ⁊ clausuꝛ signauerũt. Sed q̃ iure abstulerunt mri vnicũ filium quẽ circiter. xxiiij. annis legitime possidẽdo ꝓscripsit. certe iure nullo. Qr vt hẽ extra de ꝓscrip. c. sctoꝛ. possessiones possesse p. xxx. ãnos quiete et sincere ꝓscribunt. Sic mẽ vnicũ filiũ vltra terminũ assignatũ i quiete possederat. ⁊ sincera mente eũ ꝓcipiendo. ⁊ in vtero eũ diligendo ⁊ alendo. ⁊ tñ contra iuris ordiez est ab ea raptus. vt ñ ei liceret. necdũ videt sed qꝺ lamẽtabile est nec eum tangere. Jõ criminosaꝛ mẽ accepit iniuriã a ꝓfidis iudeis. ¶ Et ergo Maria mẽ assilat pauꝑi cui diues abstulit vnicã ouem quã Nathan ꝓphẽta sub enigmate ꝓposuit dauid. ij. Reg. xij. vbi ꝺr q Nathã missus a dño ad Dꝺ. ꝺ occisione Urie dixit. redde iudiciũ. duo viri erãt i ciuitate vna. vn⁹ diues alt pauꝑ Diues habebat oues et boues plurimas valde. pauꝑ aũt nichil habebat oĩno ꝑter ouem vnã puulã quã emerat ⁊ nutrierat. ꝺ pane illius comedẽs. et de calice eius bibẽs et in sinu eius ꝺormiuit. quasi filia. Cũ aũt ꝑegrinus quidã veniret ad diuitẽ. ꝑcens illũ sumere de ouibꝫ et bobus suis. vt exhiberet conuiuiũ ꝑegrino illi q̃ ad se venerat. tulit ouẽ viri pauꝑis. et ꝓparauit cibos illi pegrino. Iratus autẽ Dauid aduersus hoiez illũ dixit ad Nathan. viuit dñs qm filius mortis est ille qui fecit hoc. Adapta ad mariam ⁊ vnicũ filiũ eius agnũ innocẽtẽ quẽ nutrierat. quẽ ꝓꝛs iudaic⁹ cui deus multa beneficia ꝓtulit ⁊ donauit. vt ꝑegrino diabolo ꝓuiuiũ pareꝛ ꝓpter sui instinctuꝫ agnum pauꝑis hoĩis ⁊ mris xꝑi mactauit. Quare dignus est populus ille non solũ punitõne tẽpali. vt nimia calamitate et miseria hic corꝓaliter vel tẽpaliter quotidie moriat. sed etiam vt morte ꝑpetua damnetur.

¶ Tercio queram⁹ O maria quo abiit dilectus tuus. dicit ad incredulitatem discipulorum suoꝛ ⁊ infidelitate. Sola enim stante virgine in fide. ceteri ꝑ infidelitatẽ ceciderunt. Naz naturaliter natura feminea est fragilis ad resistendũ. mobilis ad ꝑseverandum. parui iudicij ad consuleudũ. Unꝺ seneca in ꝺ remedijs. Nichil tam mobile taz vagum q̃ feminaꝛ voluntas. Dicit etiam vulgo q femina cito ꝓsilit. ⁊ raro meli⁹ eligit. ¶ Hunc aũt triplicẽ defectum Maria ꝺgo beata mutauit ⁊ abstulit a natura feminea et eam sup virilẽ ꝑfectiõem discipulorum xꝑi singularit sublimauit. vt patz tam in tolerantia passionis. constãtia fidei ⁊ dilectõnis. et etiam ꝑspicacia iudicij ⁊ actõis in quibꝫ ipsos discipꝓs a christo dilectos incompabiliter excessit quod pz ex eo q discipulis ꝑ timoꝛe mortis fugientibꝫ et in fide vacillantibꝫ ipa incõcussa ꝓstitit. a conceptione filij semp credidit. in omni casu semper melius elegit. quod patet ex hoc. q salutez humani generis acerbitate passionis sui filij potius elegit. et magis christum filium eius penam pati acerbissimam. q̃ genus humanum non redemisse. ⁊ cetera. Anſbelmus. Debet ergo merito laudari. quia est domus firma. quaz nec flumĩa nec

venti nec ymbres. id ē varia genera passionum christi que irruerūt ipsam subuertere potuerūt a fide. subuerst oibꝫ alijs q̄ ipm puꝝ hoiem eē credidert. Et hoc oñdit in his tribus noctibꝫ in matutinis in .xij. candel' accensis. quaꝝ vna post aliā extinguit sola vltima aliōz alijs incensa vsqꝫ ad finē refuat

¶ Sed queritꝫ vtꝫ fides in vgine sola remanserit in sabbato scō. Et vidē q̄ non. qz Johēs eē secut⁹ fuit xp̄z vsqꝫ ad crucē sic̄ ipsa. ergo videt q̄ eā crediderit. Itē sicut ℣Petrus negādo fuit mortu⁹. sic plorādo resurrexit et reuixit. vt dic̄ Aug⁹. sē iobem. ij. pte omel'. v. Itē alie sctē mulieres sp xp̄m fuert secute. ergo vidē q̄ crediderint. vnde et vngere eū volebāt iaz mortuū. Hec quēstio querit an oēs peccauert mortalit pctō infidelitatis. ipa sola excepta. Et q̄ sic autoritates oñdūt. vñ sē illō Johānis. xiij. vt cū factū fuerit credatis. di. glo. Itē in aplis nl'a fides remānsit in passione dñi. Itē dic̄ augustin⁹ sē Johānē. pte. ij. c. iij. q̄ apli ñ tm̄ carne xp̄m reliquerāt. sed eā mēte fidem.

¶ Dicendū ergo cū nico. ō lyra sup̄ sniās libro .iij. q̄ tota fides in sola vgine remansit in die sabbati scō. Et int̄ō est q̄ dies sabbati est dedicata spāli ad honorē vgis matris dei ⁊ nr̄e fidei ꝓtectricis. qz in die sabbati sctō tota fides in ei⁹ pectore remansit. In de ē q̄ pmiscet tractus. i. dolor cū alla. id ē cū gaudio. qz dolor ē de apostolorꝝ īcredulitate. et nichilomin⁹ gaudiū de stabilitate vgis ⁊ ℟surrectōe xp̄i Jñ est eā q̄ omittitur offerenda. qz apostoli ñ erāt ꝓuersi vt p̄ eā fidem dño se offerrēt. Et breuiter in illa missa omia sūt admixta. sic tūc erat de facto. Ad pmū dicendū q̄ tripler fuit grad⁹ i negatione pessima discipulorꝝ. Primus q̄ oēs fugierēt. Secūs q̄ aliq̄ cordis vigore assumpto eū secuti sunt. Tertiꝰ q̄ mortuo eo oēs increduli fuerūt. sola mēte in fide inuiolabili ⁊ ꝓstātissima ꝓsistente. In medio gradu fuit Johānes ⁊ mulieres.

¶ In die sancto Pasce.

Maria magdalena ⁊ Maria iacobi ⁊ salome emerūt aromata vt veniētes vngerent ihūm. Marci. vlt.

¶ Hic quer̄t q̄ cā sit q̄ aqua p̄t recipe frīā qualitatē. sc̄z caliditatē. ⁊ p̄t calefieri. ⁊ ignis calid⁹ p̄ contrariū nō p̄t frigefieri. Ad qd̄ rñdent q̄ cā est illa. qz inter elemēta ignis ē elemētū fortissimi⁹. maxe actiū maioris fortitudis et vigoris. ⁊ p ꝓns p̄t agere in aquā ⁊ tōe sue actiuitatis p̄t agere i frigidū. ⁊ frigiditatē aq̄ expellere. sz e conuerso aqua ñ p̄t agere caliditatē ignis. qz ignis ita sūme ⁊ formalit est calidus ⁊ agēs. q̄ aqua p suā frigiditatē ñ p̄t agere tm̄ in ignez. quin adhuc sp caliditas ignis resistat. Sic spūalit ignis dīne caritatis. sī incipit ardere in coꝛde hois est tam actiuus ⁊ fortis q̄ nunqꝫ ociat in hoie sp agit aut ꝓsumēdo mala aut resistendo. nec aliq̄ aqua tribulationis ⁊ timoris extingui p̄t. ymo fortis mittit timorē. i. iohānis. iij. vñ ℣Prosp in li. de ptemplatiua vita. ⁊ alle. de peni. di. ij. Caritatis. Caritas ē vt mihi videtur recta volūtas. i. ex caritate recta volūtas ꝓcedit ab oibꝫ terrenis atqꝫ pñibꝫ ꝓsus auersa. iūcta vero deo inseparabiliter ⁊ vnita igne quodā spūssancti quo est ⁊ in quē refertur incēsa. inquinamēti omis extranea. corruptionis nescia. nulli vicio mutabilitatis obnoxia. sup̄ omia que carnaliter diligūtur excelsa. affectionū omniū potentissima. domīce contēplationis auida. in oibꝫ semper inuicta. summa actionum bonarū. salus morum. finis celestiū preceptorꝝ. mors criminuꝝ. vita virtutū. virtus pugnantiū. palma victorꝝ. arma sanctaꝝ mentiū. causa meritorum bonorꝝ. p̄mium perfectorꝝ. sine qua nullus deo placuit. cum qua nec aliquis ꝓmit peccare nec poterit. fructuosa in penitentibus. gloriosa in perseuerātibus. leta in ꝓficientibus. victoriosa in martiribꝫ. operosa in omnibꝫ omīno fidelibus. ex qua quidq̄d est boni opis viuit. Hac caritate ille sancte mulieres fuerūt inflāmate ⁊ accense. Ideo nullo terrore concusse. nulla augustia impedite. nulla delectabili auerse alieno. ymmo operose ⁊ victoriose. quem in vita puro cor de dilexerūt. in morte non neglexerūt. sed cum aromatibus vngere quesierunt. vt dicit̄ in themate.

¶ Queritur vtrum christus ver⁹ messyas qui promissus ē in

lege. ꝓm scripturā debuit a morte resurgere
Et videt ꝙ non. Nz messias in scripta ꝓ
mittit. vt caput ⁊ pceps felicitatis eterne
Unde scdm ysa. Et pacis eius nō erit finis
sed hec fuisset interpolata. si fuisset mort⁹.
qđ est incōuenies. nō potuit ät resurgere ni
si mort⁹ quare nec etern⁹. Itez nullus resur
git nisi qui ē debitor mortis. sed xps ñ erat
debitor mortis ⁊c. qz debitū mortis ñ inest
nisi ex pcto. Dicendū. ꝺm Rico. de ly. i. iij.
sup sñias. ꝙ supposita morte xpi. que ⁊ ipā
ex scripta ī supioribz ostsa ē. necessario con
cludit ꝙ resurgere debuerit. Primo ex per
sone ꝓditōe. quia ꝓmittit vt rex ⁊ sacerdos
eternū qđ ñ eēt nisi resurrexisz. Ubi ergo
rexit necessario eternū victm⁹. Scdo ex
scripture assertiōe. Sopho. ⁊ ysa. Et erit se
pulcz eius gliosum. Et ps. Quā nō derelī
ques aiam meā. Tercio ex nature pfectiōe
quia aia ⁊ corpus sūt ptes nature humane
Omnis enī ps est imꝑfecta ēspectu tot⁹. vñ
nec corpi sine aia. nec aie sine corpe ꝑt inesse
omis pfectio. quā puenit in natura repire.
Xpo autē non ꝑt negari. qđ est de pfectōe
humane nat̄e. ⁊ hoc est animā vnitā eē car
ni. Nunqz enī esset aliter pfecte btūs. ⁊ ita
angelis semp inferior. ab eis tñ adorat⁹ ē
xps. Q, xpo non fuerit vnita ad temp⁹ bre
ue dine dispensatōnis fuit ꝓpter nām redē
ptiōem. Quarto ex ꝓmissi impletiōe. qz ꝓ
missiones facte sunt patribz qui mortui erāt
sed si xps nō surrexisz neqz ꝓtes. equaliter
ēt incōuenies et difficultas. de vtroqz ēt
eadem est ratio. Ipe enī est primogenitus
mortuor. ⁊ sic nō fuissent implete ꝓmissio
nes in eis. Ad primū argumētū dicendz
qđ spūaliter intelligit. pacis nō fuit finis.
ymmo ꝑ passionē pax fuit ieternū determi
nata. Ad scdm dicendū. ꝙ prima est falsa.
quia etiā nō debitor mortis ꝑ se ꝑt resurgere
quia voluntarie ⁊ dispēsatiue morte assūpsit.
Querit scdo vtz xps ꝓmo apparuerit be
ate vgini post resurrectiōem. Et videt ꝙ nō
Marci. vlto. Surgens ih̄s ꝓmo mane
sabbati apparuit marie magdalene. Itē apo
stolus numerās oēs xpi apparitiones. non
enumerat ꝙ btē virgini apparuerat. Item
alle mulieres quibz xpc apparebat nūciabāt
aplis. sed ipa nō legit eis aliquid nūciasse.
Contra. hērñ. in ꝺmōe de resurrectiōe. d. ꝙ
primo appuit ei. ꝓbans. v. rōnibz breuit.
Ubi dicit nulla fuit in fruitōis gra dignior
nulla expectatōis desiderio feruētior. nulla
depcandi instantia vehemētior. nulla appeti
tu intimior. apparuit aūt quibz ñ tm tenebat
ergo et ei cui plus attinebat. nulla in discur
rendo ꝓuenientior. Nō enī angelor testimo
niū querebat. nec fuit ad videndū. nō autē
se posset continere quin ad sepulcz curreret
audita eius resurrectōne nisi oia sciret. nulla
in toto innominatior. Et iō si dicat primo
ei nō appuisse. quia in euāgelio nō dr. eadē
rōne credendū est ꝙ nunqz sibi apparuisset
quia nec hoc euāgeliū dicit. Ex his senten
tiat hērñ. ꝙ primo apparuit ei. licet non illo
mō ⁊ genere apparitōis de q̄ loquūt euāge
liste. Quare aūt euāgelium nō loquit ē rō
quadruplex. Primo qz quilibet sanē mente
potest credere. ꝙ illa ꝓmo videre debuit. q̄
ꝑ ceteris voluit. et qz mater quā summe di
ligebat ⁊ venerabat. ideo ⁊c. Secundo qz
frivolū est matris testimoniuz de qua facile
presumeret ꝙ vellet filium celebrem redde
re mundo. reprobaturqz ad testificandum
Tercio quia apparitiones de quibz euāgeliū
loquitur. non fiebant nisi incredulis. nec in
specie gloriosa. virgini xpo in specie glorioſa
apparebat. vt dicit ibidez Bernard⁹. ⁊ nō
ad confirmatōem dubij. sed ad allatiōem
solatij. Quarto qz ipsa continue videbat
quidquid fiebat circa filium quare nō oport
uit euangelium de apparitōibus sibi factis
facere mētionem. et ꝑ hoc patet respōsio ad
obiecta. Querit tercio cur christus ter
cia die resurrexit ⁊ nō ante vel post. Respon
detur vt omniū nostr̄ affectū inflāmaret. cre
dulitatē firmaret. ⁊ de se resurrexisse ostende
ret. vñ si statim ēsurrexisset. nō fuisz creditū
ꝙ vere mortuus fuisset. quia igitur secūduz
philosophū ꝓmo celi. nichil est perfectum
nisi trinitas et perfectio rerum consistit in
ternario. Voluit igitur tres dies stare in se
pulcro ⁊ tercia die resurgere. vt pfecte mor
tuus noscerētur. Unde August. iij. de trini
tate. viij kalendas Aprilis. xxv. die mēsis
Marcij resurrexit. Nō enī statim vt mort⁹
est resurrexit. vt vere stando tribz diebus ⁊
tribus nocthz in sepulcro mortuū se fuisse

